


27. a. 7

40 ✓

26
321

Ex biblioteca D. Galerandi Marcelli




27.a.7

40

21

321



11066154

Ex biblioteca D. Galvani Manelli

128

T A B V L E

R. 9829⁵²

RHETÓRICAË
CYPRIANI
SOARII,

Sacerdotis e Societate Iesu:

QVIBVS ACCESSERVNT DVO LIBRI
DE ARTE DICENDI:

In quorum uno de Rhetoricae natura & caussis,
in altero vero de partibus copiose accu-
rateq; disputatur.

Auctore Ludouico Carbone a Costaciaro, Acade-
mico Parthenio, & Sacrae Theologiae in Al-
mo Gymnasio Perusino olim pu-
blico professore.

C V M P R I V I L E G I O.



VENETIIS, M. D. LXXXIX.

Ex Officina Damiani Zenarij.

EXP. SI

LUDOVICVS
CARBO
ELOQVENTIÆ STUDIOYSIS. S.



B eo usque tempore, quo Cypriani Soarij Rhetorica ad meas manus peruenit; id autem fuit antequam in hominum lucem exiret; tale de ea iudicium feci; ut, si quando ederetur, maximam eloquentiae studiofis utilitatem esset allatura. Quam meam de hoc libello sententiam, iam re ipsa confirmatam esse video: cum ab ijs, qui dicendi arte delectantur,

non solum probetur, sed etiam quotidiano vsu teratur: & id iure quidem optimo. Nam, & si multi huius generis extent libelli, quorum pene infinitus est numerus: tamen, hunc vnum ob doctrinæ integritatem, methodi facilitatem, & breuitatem cum claritate coniunctam, merito omnibus preferendum esse existimauit: cum ex Fabio, M. Tullio, & Aristotele, optimis dicendi magistris, non modo uniuersam doctrinam, verum etiam singula pene verba Cyprianus sumpsierit. Quo factum est, vt ego hunc potissimum auctorem ad nouos eloquentiae auditores informandos explicandum sepius suscepserim, atque alios ad idem faciendum induxerim. Et quoniam eam semper studendi ac docendi rationem usurpauit, vt quæ ab auctoribus suis dicuntur, ad summam aliquam redigerem, vel in tabulas referem;

ferein; idem in hoc libello explicando, vt adolescentibus laborem minuerem, & ad eloquentiam comparandam viam faciliorem, ac breuiores redderem, olim efficere curauit. Et, vt hic meus labor non solum in utilitatem eorum, quos instituere solitus sum, cedat, sed etiam omnibus eloquentiae perdiscendæ cupidis, commoditati sit; volui, multis amicis ad id faciendum hortantibus, collectas ex Cypriani rhetorica tabellas in lucem dare: quibus duos de Arte dicendi libros, locupletissima eorum, quæ auctor de natura, causis, & partibus eloquentiae docet, commentaria, adieci: in quorum altero eloquentiae caussæ; in altero vero partes, copiose subtiliterque explicantur: quos decem alij eadem ratione conscripti libri, aliquando sequentur: in quibus conficiendis dies noctesque desudo. Et quamvis has meas lucubratio-

nes omnibus studiosis adolescentibus
commoditati fore percupiam: tamen
eorum priuatim caussa eas foras dare
volui, qui scholas Patrum e Societate
Iesu frequentant; in quibus Cypriani
rhetorica explicari solet. Nam, cum
in ijsdem scholis ego etiam institutus
fuerim, mearum partium esse semper
existimau, nō solum pium erga meos
præceptores studium patefacere, quod
hactenus, cum sese mihi occasio obtu-
lit, semper feci, atque dum viuam vo-
ce, & scriptis faciam; verum ijs etiam
prodeesse, qui eundem tenerent, quem
ego tenui meorum studiorū cursum.
Quare, non possum, non improbare
quorundam hominum mentem; qui
cum in eadem officina bonis literis in-
formati fuerint, nullam animi grati si-
gnificationē erga optimos præcepto-
res præbēt: immo, vt aliquid sapere vi-
deantur, eorum docendi rationem nō
laudant:

laudant: vt omittam eos, qui maleuo-
lentia moti, etiam reprehendēdām pu-
tant. Quod dum faciunt, se parū pios
esse profecto ostendunt, cum ab opti-
mis bonarum literarum & morum mā-
gistris, pueros bone institutionis cupi-
dos, retrahant. At vero ego ita sentio,
& omnes honesti, & docti viri mecum
sentiant, inter alia singularia Dei Opt.
Max. beneficia in Remp. Christianam
hōc nostro seculo collata, hoc ponen-
dum esse, quod Societatē Iesu, non so-
lum ad rem Christianam conseruan-
dam, defendendam, & amplificandā,
sed etiam ad pueros vera pietate, ho-
nestis moribus, bonisq; literis ex insti-
tuto, instituendos, extare voluerit: ex
qua honesta, & laudabili prouincia
quantum vniuersus fere terrarum or-
bis utilitatis capiat, nullius oratione
plene explicari posse existimo: quam
meam existimationem, iij veram esse fa-

terentur, qui prædictæ Societatis progressum & res gestas, de quibus longissima scribi posset historia, perspectas haberet. Et, ut de recta puerorum institutione, ad reprimendam quorundam hominum petulantiam, aliquid dicam, Primum, eiusmodi in horum Patrum scholis adhibentur magistri, qui non solum humanioribus literis, sed etiam ceteris bonis disciplinis sunt ornati: quarum disciplinarum cognitio, quantum, vel ad ipsa Grammaticę precepta facilius tradenda, ne dicam ad Tullium, Cesarem, Virgilium, & alios eiusdem ordinis auctores rectius explicando conferat, quiuis, etiam vix literis tinctus, intelligeret: cuiusmodi magistros non ubique facile reperires. Tacebo hic vitę integratam: de diligentia in docendo nihil dicam: cupiditatem progressus eorum quos docent, silentio inuoluam: quæ omnia in ijs,

qui

qui solum quæstus caussa docendi prouinciam suscipiunt, haud facile inuenires. Quare, qui suos filios ad horum Patrum collegia erudiendos mitunt, ij, quæ in bonis puerorum præceptoribus desiderantur partes, eas inueniunt omnes; docendi nimirum facultatem, diligentiam, & vitæ candorem. Maxima deinde in his scholis adhibetur cura, in bonis & honestis auctoriis eligēdis, quos magistri explicent, & pueri sibi parent, & paratos legant: ne qua minus utili, aut parū honesta lectione, vel tempus inutiliter terant, vel animū aliquo pacto inficiant. Sunt præterea in horum Patrum collegijs diuersę classes, diuersis puerorum ordinibus accommodatæ; vt ita quasi per gradus ad grauiores lectiones ascendant. In vna, prima Grammatices rudimenta traduntur: in alia, qui maiores in re Grammatica progressiones fecerunt,

fecerunt, instituuntur: in alia, qui Grammaticos canones probe norunt, humioribus literis Græcis, & Latinis imbūuntur: in alia denique artis bene dicendi precepta explicantur. In his itaque scholis, non vñus omnia, & omnes, vt in alijs fere omnibus ludis fieri solet, sed plures plura, & vnius ordinis discipulos docent. Ad hæc, in qualibet classe singulis diebus lectiones discipulorum ingenij accōmodatae explicantur, & explicatæ repetuntur, & repetitarum rationes diligenter requiruntur: ita vt eorum, quæ ad rectam auctorum explicationem, ad Grammaticæ, latineque linguæ obseruationem pertinent, prætermittatur nihil. Non fiunt in his scholis longe studiorum intermissiones, nec vllæ sine magna necessitate vacationes. Nam, cum hoc docendi munus reip. maxime necessarium, pietatis ergo hi docti religiosiq;

Patres

Patres susceperint, illud non facile prætermittunt, ne cessando se eo maximo fructu priuent, quem docendo se capere posse sciunt. Et cum nolim hoc loco hac de re longiore habere sermonem, omitto priuatas singularum classium, & publicas totius collegij ad pueroru[m] animos honesta æmulatione excitandos, & acutendos exercitationes: omitto priuata[m] magistrorū in eos, qui maiores progressus facere student diligentiam, & operam: omitto Præfecti studiorum vigilantiam in classibus visendis, ne quæ ad meliore maioremq; discipulorum institutionem communi consilio statuta sunt, prætermittantur: omitto priuatas Academias, & Congregationes, in quibus Christiani mores cum bonis literis, priuatis institutionibus, cōiunguntur: omitto denique multa alia, etiam ijs, quæ dixi multo maiora, quæ si ij icirent

scirent, qui ignorauit, & qui sciūt p̄-
penderent, qui horum Patrum hone-
stos, pios, reique pub. maxime vtiles
conatus non probaret, laudaret, ac fo-
ueret, reperiretur nemo. Quare, qui
his bonarum artium, & morum insti-
tutoribus se totos formandos tradūnt,
qui eorum diligentiae respondent, qui
eorum admonitionibus obediunt, bre-
ui temporis spatio, & docti, & pij euad-
unt: quod si qui non euadunt, ij non
magistrorum, sed suam accusent ne-
gligentiam. Et, vt aliquando conclu-
dam, ad eos reuertor adolescētes, qui-
bus priuato Dei beneficio contigit, vt
eiusmodi, de quibus scripsi, habuerint
præceptores, eosq, moneo, vt de tanto
munere pr̄potenti Deo gratias quam
maximas agant: cum nihil possit pue-
ro honesta studia & pietatē colere vo-
lenti, cōmodius accidere, quā si opti-
mum nactus fuerit institutorem: ita vt

cum

cum Propheta dicere queat: Funes ce-
ciderunt mihi in præclaris: & vt er-
ga suos præceptores grato sint animo:
cum nullus vnquam discipulus, qui
in suos magistros extiterit ingratus,
quod multis confirmari posset exem-
plis, in literis & moribus profecerit.
Id, ij profecto facerent, qui eis,
veluti parentibus, vllam parem gra-
tiam se nunquam referre posse intelli-
gerent. Illud etiam eos monuerim, vt
suos spirituales Patres, vbi ipsi recte
instituti fuerint, in iuuandis, & insti-
tuendis alijs, imitari velint; cum hoc
sit opus quoddam plane diuinum, &
reip. maxime necessarium: quod nos,
quantum Deus Opt. Max. concedit,
efficere in dies conamur: ac proinde
hos nostros, & si leues labores, primū
in Dei gloriam, deinde in vestram vti-
litatem, studiosi adolescentes, edere
voluimus. Cum illud vere ac sapien-
ter

ter a M. Tullio dictum fuisse existime-
mus, Nullum maius, meliusve munus
reip. afferre nos posse, quam cum do-
temus, ac erudimus iuuentutem.
Quod si hos duos de arte dicendi li-
bros vobis gratos accidisse cognoue-
ro, omnes contendam neruos, vt intra
paucos dies, de inuentione oratoria &
dialectica opusculū non penitendum,
in lucem veniat. Valete.



Gratiæ

Gratiæ Mariæ Gratij extenuati Philomathi,
in Rhetoricam, Epigramma.



L C M E N A geniti quisquis mirare la-
bores,
Et cecidisse rna tot fera mōstra manu:
Desine; maiores superat facundia
casus,
Vtq; libet, Stygias itq;, reditq; vias:
Tu quoque monstra animi poteris, Nemæq; leones,
Et Diomedes sternere victor equos;
Tu quoq; si, quidquid teloru: C A R B O ministrat,
Arripiæ, domitum vel Phlegethonta dabis.

Eiusdem Ode,



R V I S frugiferum dare,
Suetum fertilibus semen, in aridum,
Qua tete Eloquij solum,
Promquit species? Sed nec in aridi
Versaris facie soli,
C A R B O , nec leuium lusus imagine
Rerum, ad flexaniam stylo
Suadelam faciles vndique agis vias:
Namq; ille aetherea Parens
Eula (qua Superum larga benignitas)
Effusas gremio dedit
Celesti omnigena diuitias manu.
Fama est progeniem malis
Humanam graubus sollicitam, & fera
Paffim

Passim Quadripedum fame
 Discerptam querulis Numina vocibus
 Appellasse regentia
 Terras : Iapeto quin etiam satus
 Audaci subiit polum.
 Nisu : & cælatum concilio catus
 Assistens miseris opem.
 Aerumnis petiit : Mollia Iuppiter
 Taltus viscera , lacrimis
 Turgentes oculos impiger ad Genus
 Humanum tulit , ac pius
 Alto Mercurium misit ab Aethere
 Hic tractus celeri secans
 Pluma nubiugos , hospes in exteris
 Tandem suscipitur plagiis.
 Suscepturn varij terrigenum Chori
 Circumstant ; faciem , pedes
 Mirantur taciti , verbaq; dulcius
 Hybla melle fluentia.
 Hic ille Eloquij prompsit ab ubere
 Cornu diuitias ; manu
 Partitusq; benigna , docili fuit
 Ut quisque ingenio , modos
 Diuino similes pectore protulit.
 His tuti rabidos procul
 Rictus quadrupedum arcebitis , & , male
 Monstrorum ore voracium.
 Compresso , faciles astra subibitis .

Tabulæ

Tabulæ Libri Primi

RHETORICÆ CYPRIANI SOARII,

Sacerdotis e Societate Iesu.



Quid sit Rhetorica , quod eius officium , & finis .
Caput Primum .

D E F I N I T I O, Estars, vel doctrina bene dicendi.

Ars est , quæ constat quibusdam rebus , idest preceptis , cognitis , quæ ars . vnum finem spectant , & nunquam falluntur.

Rheto-rica. Quomo do facta Cum alij temere , alij callidius dicant , potuerunt notari ea , quibus alij melius dicunt , ex quibus ars fieri potuit.

Quid sit **E**st optimis sententijs , Verbisque bñ dicere. Lectissimis dicere. Officium , est apposite dicere ad persuadendum. Finis , est persuadere dictione.

De digni-

T A B V L E

De dignitate & utilitate eloquentia. Cap. II.

<i>Eloquen-</i> <i>tia est.</i>	<i>Digna,</i>	<i>Quia semper floruit & domi-</i> <i>nata est in omni libero populo.</i>
		<i>Quia nihil est iucundius, auditu-</i> <i>oratione, ornata verbis, & senten-</i> <i>tijs.</i>
<i>Eloquen-</i> <i>tia est.</i>	<i>Vitilis,</i> <i>quia</i>	<i>Quia nihil est tam magnificentum, ac</i> <i>potens, quam animos hominum ora-</i> <i>tione conuertere.</i>
		<i>Cōsilia maximis de rebus explicat,</i> <i>Languentes animos excitat,</i> <i>Effrenatos coercet, & cupiditatem</i> <i>frangit,</i>

Hortat ad virutē, retroucat a vitijs,
Laudat bonos, vituperat malos, &
consolatur mœstos.

Et quo maior est eius vis, ne quis ea abuta-
tur, eo magis est cum probitate coniungenda.

De materia Rhetorica. Cap. III.

<i>Artis</i> <i>mater-</i> <i>ria.</i>	<i>Es t ea, in qua omnis ars versatur: vt me-</i> <i>dicinae morbi, & vulnera.</i>	<i>Quæ in omni arte est terminata, excepta dia-</i> <i>lectica & rhetorica, quæ nullis terminis septæ</i> <i>tenentur.</i>
		<i>Quare, materia rhetorica sunt omnia, quæ in</i> <i>disputationem cadere possunt, & quævis quæ-</i> <i>stio ad dicendum proposita.</i>

De questione. Cap. IIII.

<i>Questio.</i>	<i>ALTERA, quæ dicitur infinita,</i> <i>propositum: grace, thesis; cum</i> <i>aliquid generatim queritur: vt, an</i> <i>philoso-</i>	<i>philosophia si perdiscenda.</i>
		<i>Altera finita, q[ui]c[um] Personas, loca</i> <i>controversia, latentes, tempora, & ne-</i> <i>gocia: vt</i> <i>An Socrates</i> <i>quaestio contra-</i> <i>fuerit itare dam</i> <i>natus ab Athene-</i> <i>nensibus.</i>

<i>Est du-</i> <i>plex.</i>	<i>Proposi-</i> <i>ti, duo</i>	<i>Alterum cognitionis, cuius finis</i> <i>est sciētia: vt, an Sol sit maior terra.</i>
		<i>Alterum actionis, quod refertur</i> <i>ad aliquid efficiendum vt, quibus of-</i> <i>ficijs amicitia sit colenda.</i>
<i>Causa-</i> <i>rū tria</i>	<i>Iudicij,</i>	<i>Quæ transferuntur et ad causas.</i>
		<i>Deliberationis,</i> <i>sūtgñā: Exornationis, sive laudationis.</i>

De exornatione, deliberatione, & iudicio. Cap. V.

<i>Par-</i> <i>tes</i>	<i>Exor-</i> <i>natio-</i> <i>nis.</i>	<i>La⁹, & honestas, Delecta-</i> <i>Vituperatio, Preteri-</i> <i>ratio.</i>
		<i>Turpitudines, do-</i> <i>rum.</i>
<i>Par-</i> <i>tes</i>	<i>Delibe-</i> <i>ratio-</i> <i>nis.</i>	<i>Vilitas, Spes,</i> <i>Futurum.</i>
		<i>Detrimē-</i> <i>reformi-</i> <i>ratio.</i>
<i>Par-</i> <i>tes</i>	<i>Iudicij,</i>	<i>Accu-</i> <i>satio,</i>
		<i>Punitio, Scutia,</i> <i>Præ-</i> <i>dictum.</i>
<i>Par-</i> <i>tes</i>	<i>Defen-</i> <i>sio.</i>	<i>Impuni-</i> <i>Clemen-</i> <i>tias.</i>
		<i>Scutia,</i> <i>Impuni-</i> <i>tias.</i>

Quomodo hypothēsis, ad thesim revocanda sit. Cap. VI.

<i>Con-</i> <i>sulta-</i> <i>tio</i>	<i>idest quæstio infinita, est quasi</i> <i>pars causa, idest quæstionis finitæ; quia in ea continetur.</i>	<i>Quo sit, vt q[ui]o yniuersa totas causas ſepe contineat:</i>
		<i>t 2 An</i>

T A B V L E

¶ *Vt ec-* An Aristotelis philosophia sit perdiscenda,
et que- continet hanc,
sitio hac An philosophia sit perdiscenda, quæ est in-
finita, finita.
 Vnde id, de quo est tota quæstio traducēdum est ad per-
 petuam seu infinitam quæstionem:
 Nisi cū de vero ambigitur, quod coniectura quæri solet.
 Orationes, quæ latissime vagantur sunt or-
 natiōes:
 Finitare vocatur adiūcī
 sā: quia Et quæ de vniuerso genere dicuntur, valent
 ad iudicium ferendum de singulis:
 Et quæ de vniuerso genere reprobantur, de par-
 te etiam probari necesse est.
 Vnde excellens orator, semper, cū potest, con-
 trouersiam a personis & temporibus auocat.

De partibus Rhetorica. Cap. VII.

INVENTIO, quæ est excoigitatio rerū
 verarum, aut verisimilium, quæ quæstionem pro-
 babilem reddant.
 Dispositio, est rerum inuentarum in ordi-
 nem distributio.
 Elocutio, est idoneorum verborum ad senten-
 tiarum inuentioēm accommodatio.
 Memoria, est firma animi, rerū ac verborum,
 ad inuentioēm perceptio.
 Pronunciatio, est ex rerū & verborum digni-
 tate corporis & vocis moderatio.
 Iudicium non est sexta pars, C Inuenire,
 sed tribus primis est permixtū: Disponere,
 quia non inuenit, qui non iudicat.
 Sunt ergo quinque oratoris opera:
 Quibus

*Eloquen-
tie par-
tes sunt
quaque :*

LIBRI PRIMI. 3

Quibus rebus eloquentia comparetur. Cap. VII.
 Natura, id est donis a natura
 tributis.
 Quattuor re-
 bus. Arte, id est præceptis.
 Exercitatione,
 Imitatione,
 Inueniēdum,
 Explicandum,
 Exornandū, &
 memoriarū mā-
 dādum aptos.
 Animi, celeres mo-
 tus, ad Latera firma,
 Naturā præstat Canoram vocem,
 Ex parte Corporis, Solutam linguam,
 conformatioēm.
 Quæ naturæ dona arte perfici ac limati pñt.
 Vnde, si quis his donis non sit ita instrutus;
 tamen dicendi studium nō spernat: cum eriam
 in re præstantissima mediocritas honori sit.
 De Arte. Cap. IX.
 Ars orta est ex animaduersione nature, id
 est eloquentiæ naturalis. Quate, non eloquen-
 tia ex arte, sed ex eloquentia ars orta est.
 Ars sola non efficit eloquentem: quia cū om-
 nes artem habere possint, omnes possent esse
 eloquentes, quod non ita est.
 Monet, quo oīa sint referenda,
 quæ ad finem faciunt.
 Indicat an recta sint, C Natura,
 quæ habentur a Studio,
 Ars ergo pficit, quæ
 sunt a na- Efficit ne fortuito di-
 turā, dum Exerci-
 citat. tatione,
 Est itaq; ars certior dux, quam
 natura,
 † 3 De Exer-

T A B V L A E

De Exercitatione. Cap. X.

Exercitationis	Rō, siue modus:	EFFE C T V S , perficit, & conseruat, quæ ars expolinit in natura.
		Vtilitas, sine ea nihil est egregium, nihil perfectum: sine qua nemo eloquentiam assequetur.
		1. Sumatur causa tractanda similis earū, quæ ad oratorem deferuntur.
		2. Non dicatur ex templo: quia peruersè dicendo, dicitur peruersè dicere.
Exercitatio triplex		3. Sumatur igitur spatium ad cogitandum, ut accuratius dicatur.
		4. Sed præstet scribere, cum stylus sit optimus dicendi effector.
		Est autem Exercitatio triplex
		{ Alia orationis, Alia actionis, Alia memoriae.

De Imitatione. Cap. XI.

Imitationis,	Rō, siue modus:	V T I L I T A S , quia sine ea nemo satis proficere potest,
		Proponatur aliquis summus in arte imitandus, quem tota mente intuciamur.
		Quæ sunt in eo summa diligenter prosequamur.
Imita- tio ne duplex		Qui hanc similitudinem assequuntur, crebro de magnis rebus scribant, & dicant.
		Altera orationis, de qua dictum est;
		Altera actionis, qua omnis deformitas in agendo remouetur.

De In-

L I B R I P R I M I . 4

De Inuentione. Cap. XII.

Orato- ris mu- nera sūt duo:	PRIMVM, inuenire ea, quæ valeant ad fidem faciendā: quæ speciatim fit in proposito.	Orato- ris mu- nera sūt duo:	PRIMVM, inuenire ea, quæ valeant ad fidem faciendā: quæ speciatim fit in proposito.
		Molestia,	Præsenti.
		uerie amplifi- cando, quod fit in caussis:	de malo Imminēti
Orato- ris mu- nera sūt duo:	Motus au- tē quattuor sunt species.	Metus,	Imminēti
		Voluptas,	Præsenti.
		de bono	Venturo.
Est itaq;	Cupiditas.	Cupiditas.	Venturo.
		Molestia, opinio recens præsentis mali.	Venturo.
		Voluptas, opinio recēs præsentis boni.	Venturo.
Est itaq;	Metus, opinio impendentis mali.	Metus, opinio impendentis mali.	Venturo.
		Cupiditas, opinio venturi boni.	Venturo.
		Opinio autem, est imbecilla assensio.	Venturo.

Quid Inuentio, Argumentum, & Argumen- tatio. Cap. XIII.

Quid sit	INVENTIO, est excogitatio argumēti.	INVENTIO, est excogitatio argumēti.
		Argumentum, est probabile inuentum ad fa-ciendam fidem.
		Fides, est firma opinio, quæ argumentatio-ne gignitur.
Quid sit	Argumentatio, est argumenti explicatio, quæ apud oratores est fusior, quā apud dialecticos.	Argumentatio, est argumenti explicatio, quæ apud oratores est fusior, quā apud dialecticos.
		Argumenta sumuntur ex locis.
		Locus, est argumenti fides: seu nota, qua indicatur, qd in rebus perustigare debeamus.

Quotuplia sint argumenta. Cap. XIV.

Argu- menta	IN eo ipso de quo agit, & ideo in- fita dicuntur si probes eloquentiā esse	Argu- menta	IN eo ipso de quo agit, & ideo in- fita dicuntur si probes eloquentiā esse
		alii sūt expetendam, quia est ars bene dicēdi,	alii sūt expetendam, quia est ars bene dicēdi,

T A B V L A

Extrinsecus assumuntur, quæ remota vocantur: ut si idem probes, quia Aristoteles id dixit.

De numero locorum. Cap. XV.

<i>Loci,</i>	Intrinseci, sūt sexdecim:	A definitione, Partium enumeracione, Notatione, Contingatis, Genere, & forma, Similitudine, & dissimilitudine	A contrarijs, Adiunctis, Antecedentibus, Consequentibus, Repugnantibus, Caussis, & effectis: A cōparatione	Maiorū, Minorū, Parium.
	Extrinseci, sunt sex.	Præiudicia, Fama, Tortmenta,	Tabulæ, Iusgrandum, Testes.	

De Definitione. Cap. XVI.

<i>Defini-</i> <i>zio-</i>	Quid sit.	E s t oratio, quæ id, quod definitur explicat quid sit: vt ista oratio: Doctrina benedicendi, quæ explicat, quid sit rhetorica.
	1	Inuenitur aliquid commune rei, quæ definienda est, & alijs rebus: vt doctrina, vel ars, in definitione rhetorica.
	2	Inuenitur aliquid, quo, id quod definitur ab alijs differt; vt est, bene dicere, in allata definitione.
	3	Latius definit orator, quam dialecticus; & verbis non solum proprijs, sed etiam translatis.

Est au-

L I B R I P R I M I .

Est autem definitio oratori necessaria: quia sepe explicanda est res, de qua queritur.

Si vis probare ius ciuale esse

Argumentū vtile, ipsum definias hoc modo: a definitione Ius ciuale est cognitio aequi-hoc mō du-citur.

At cognitione aequitatis est vti-lis: igitur & ius ciuale.

De partium distributione. Cap. XVII.

P A R T I V M distributio est, cum aliquod genus, sive totum in suas partes distribuitur: vt virtus, sive honestum, in quatuor partes, i.e. in iust, prud, fort, & temper.

In arguento a partium distributione sumendas sunt omnes partes, ita vt nulla relinquatur.

Vt si velles probare calliditatem non esse virtutem, di-ceres, calliditas, non est iustitia, nec prudentia, nec fortitu-do, nec temperantia, igitur nec virtus.

De Notatione. Cap. XVIII.

N O T A T I O , seu etymologia verborum originem inquirit.

Ea sepe oratores, & poetæ vtuntur: hoc modo: Consul est, qui consulit patriæ: non igitur Piso consul, qui eam euerit.

De Contingatis. Cap. XIX.

C O N I V G A T A dicuntur, quæ sunt ex verbis gene-ris eiusdem: vt sunt, que orta ab uno varie commutantur: vt sapiens, sapienter, sapientia.

Argumentum ducitur hoc modo: Cum esset causa con-sularis, & senatoria, opus erat auxilio consulis & senatoris.

Item, pietas laudanda; igitur, & qui pie agit.

De ge-

T A B V L E

De Genere, & forma. Cap. XX.

GRANVS est, quod sui similes communio-
ne quadam, specie autem differentes, duas, aut
plures continent partes.

Quid sit **P**artes, quas genus amplectitur, formæ dicun-
tur: vt, virtus est genus, partes, sunt pruden-
tia, &c. vnde

Forma, est pars generi subiecta.

A genere sic sumitur argumentum: virtutis
laus in actione constitit, igitur & prudentie laus
in actione consistet.

A forma, quod iustitia est, vtique virtus est.

De Similitudine, & dissimilitudine.

Cap. XXI.

Simili-
tudo **E**s. r. quæ traducit ad rem quampliam ali-
quid ex re dispari simile.

Ab ea sumitur argumentum hoc modo: Vt
morbo affecti cibi suavitatem non sentiunt; ita
autari gustum laudis non habent.

Ex dissimilitudine, seu differentia, hoc modo:
si barbarorum est in diem viuere, nostra consi-
lia sempiternum spectare debent.

De Contrarijs. Cap. XXII.

Contra-
riorum **A**dver-
sa, que
inter se
maxime
distant:
vt **B**ELLVM,
pax. **V**irtus, vi-
tium **P**ri-

Argm. **B**ellū est per-
niciōsum, igit̄
pax expetenda.
Virtus sequē-
da, igit̄ yitiū
fugiendum.

L I B R I P R I M I . 6

Priuan-
tuorsūt
genera. **V**ita, &
mors. **N**on sunt vl-
tores mortis,
Qui vitā non
restituunt, si
possint.

Quæ in
ferunt,
seu rela-
tio: vt **D**atū, ac-
ceptum,
Argm. **S**i in accepto
est laus, erit
etiam in dato.
Dux, mi-
les. **S**i discere est
honestū, ergo
& docere.

Negan-
tia, quo
rū vñū
negat al-
terum. **H**oc est,
Argm. **E**st probus,
quare non est
improbus.

De Adiunctis. Cap. XXIII.

Adiun-
cta **S**unt ea, quæ
cum re sunt cō-
tus, colloquia, rubor, pal-
puncta; vt **T**empus, locus, appara-
tus, &c.

Ado, vt virtus, vita.
Latissime patent: que
sumuntur ab **C**orpore, vt pul-
chritudo, deformi-
tas &c.

Argumentum. Vesperi viuis est cum gladio
stipatus, &c. ergo occidit. Est incredibili virtute
constantia, & grauitate prædictus, igit̄ fœ-
dera non rupit.

De antecedentibus, & consequentibus. Cap. XXIV.

ANT E C E D E N T I A sunt ea, quæ sic antecedunt
consequentia, vt cum ipsis necessario cohærent: in quo ab
adiun-

T A B V L A E

adiunctis distinguuntur.

Argum. Ortus est Sol, igitur dies est.

Consequentialia sunt, quæ rem necessario consequuntur: vt dies est, igitur ortus est Sol: luculentam accepisse plgam, declarat cicatrix.

De Repugnantibus.

Cap. XXV.

R E P U G N A N T I A, neque certa lege, neque numero inter se dissident: qua ratione a contrarijs, & dissimilibus discernuntur: vt amare, nocere, & lñdere repugnat.

Argum. amat illum, igitur non insectatur conuicijs, non lñdit.

De Causis.

Cap. XXVI.

E S T, quæ sua vi efficit id, cuius est causa: vtignis, ardoris: cruditas, morbi.

Finalis, cuius gratia fit aliquid: vt hominis beata vita.

Arg. homo est factus ad contemplandum, ergo non ad pastum.

Efficiens, a qua aliquid est: Sol diem efficit.

Arg. senectus caret poculis, quare & temulentia.

Forma est ratio rei, & nota, per quam res est id, quod est, & ab alijs distinguitur. Arg. Animus hominis est immortalis, igitur ad eternitatem beatæ vitæ aspirat.

Materia est, ex qua, & in qua res sunt: vt statuæ æs. Argum. Corpus est mortale, ergo ab eo animus est separandus.

Causa:

Est qua
dru-
plex:

Hic lo-
cus tra-
datur
triplici-
ter.

Do

L I B R I P R I M I. 7

De Effectis. *Cap. XXVII.*

S V N T ea, quæ orta sunt de caussis: vt dies a Sole.

Sunt numero totidem, quot caussarum genera, cum quatuor caussa suum habeat effectum.

Cognoscuntur per suas caussas: quoniam quælibet caussa suum ostendit effectum: vt bellum est effectus pacis, quæ est finis belli: dies, Solis; homo corporis & animi.

Argumentum sumitur hoc modo: Virtus patrit laudem, ergo sequenda; voluptas infamiam gignit igitur fugienda.

De Comparatione. *Cap. XXVIII.*

A comparatione maiorum: si non conuenit maius, neque minus conueniet. Ut clari ciues Saturnini & aliorum sanguine non se contaminarunt, immo honestarunt, igitur nec is, qui Catilinam, qui fuit ciuium interfector, occiderit.

Minorum: si quod minus videtur conuenire, conueniet etiam id, quod magis: Ut, surgunt de nocte latrones, vt homines iugulent, tu, vt te ipsum serues non expurgisceris?

Parium, qui locus nec elationem, nec submissionem habet: vt

Non licuit Mamertinis foederatis imperare natiuim, ergo nec Tauromitanis foederatis imperare licebit.

De argumentis remotis. *Cap. XXIX.*

R E M O T A, siue assumpta dicuntur sine arte, non quod sine arte tractentur, sed quod ea non parit oratoris ars.

Quæ

T A B V L E

*Argu-
menta.*

Quæ Cicero nomine testimonij complecti-
tur: sed Quintus dicitur in præiudicia testes, &c.

Quæ, ut ex se arte carent, ita eloquentia viri-
bus saepe alleuanda, & refellenda sunt.

Olim oratores cum causas in iudicij agen-
tibus, quæ ad hoc genus tertium pertinebant, me-
ditata habebant: nunc, iudicij ad Iureconsul-
tos translati, cognoscenda sunt, ad oratorum
scripta intelligenda.

De Prae iudicij & testibus. Cap. XXX.

Præ iudicio
rū vis om-
nis tribus
generibus
cōtinetur.

R E B V S , quæ aliquando ex
paribus causis sunt iudicatae, quæ
exempla rectius dicuntur.

Iudicij, ad ipsam causam per-
tinentibus, vnde etiam nomen du-
ctum est: vt in Miloniana.

Aut, cum de eadem causa est
pronuntiatum.

Olim oratores multa pro testi-
bus, & contra testes dicebant: vt
pater in orat. pro Flacco.

Nunc iudiciorum mutata ra-
tio, facit, vt ne is labor sit ne-
cessarius.

*De testi-
bus*

De rūs & velicitate locorum. Cap. XXXI.

Qv i vult in dicendo excellere, habeat locos paratos,
& expeditos.

Vbi res ad dicendum proponitur, inspiciendi sunt dili-
genter omnes loci, vnde argumenta sumuntur.

Quæ ei facile occurrit, qui locos cogitatione seperit,
& studium ac diligentiam adhibuerit.

Qui

L I B R I P R I M I . 3

Qui modus in argumentis adhibendus. Cap. XXXII.

H a c argumentorum copia nō est imprudenter vren-
dum; & non solum inuenienda, sed etiam iudicanda sunt.

Siquidem nō semper, nec in omnibus causis, ex ijsdem,
argumentorum momenta sunt.

Vnde, leuia, aliena, & inutilia resecura fūnt: habe-
tur igitur cum iudicio selectus.

Et quia ijsdem loci valent ad faciendam fidem, & motū
& non facile, quæ ad mouendum affectus conferunt, co-
gnoscuntur, de affectibus mouendis dicendum est.

De Affectionibus. Cap. XXXIII.

M A X I M A vis existit oratoris in hominum menti-
bus permouendis, quod amplificatione fit.

Amplificatio est grauior quedam affirmatio, quæ motu
animorum, conciliat in dicendo fidem.

Quæ verborum & rerum generis fit: de verbis dicetur
cum de elocutione agetur.

Rerum amplificatio sumitur ex locis, qui valent ad fi-
dem faciendam: a definitionibus congregatis, a conseqüen-
tium frequentatione, &c.

*De locis vnde sumuntur amplificationes
a cap. XXXIII. ad XL.*

A definitionibus congregatis, cum aliiquid
varijs modis definitur: vt, historia est testis
temporum, lux veritatis, vita memoria, & ma-
gistra vite.

A conseqüentium frequentatione, cū plura
consequentia congregantur.

A contrariarum rerum confictione: vt, iner-
tes homines fortissimis insidiari, stultissimos
prudētissimos, ebriosos sobrios, dormientes vigi-
lantibus.

*Ampli-
ficationis*

A diffi-

*nos su-
muntur,*

A dissimilium & inter se pugnantium rerum confictione: vt in 2. Phil. O recta ipsa misera, &c. Eundem lederes & laudares, & virum optimum, & hominem improbum esse dices.

A caussis conglobatis, & his, quæ sunt orta de caussis, cum multæ caussæ, & multa effecta conglobantur.

A similitudine, & exemplo, cum multa similia frequentantur, & exempla conglobantur.

Quæ sint ad amplificandum adhibenda.
Cap. XL.

*Si caussa
patitur
adhiben-
tur ma-
gna, quo-
rum alia
sunt ma-
gna.*

D I V I N A, cœlestia:
Natura, vt *Quæ habent caussas occultas,*
Quæ sunt admirabilia in terris.
Vt suu hominum: vt sunt *Prosumt,*
ea, quæ vel multum *Obsunt* hoībus. †
† Horum tria sūt *caritate erga Deum, Parētes, Patriā.* Dicuntur *Retinēdis, Amissis, Periculo amittēdi.*
genera: nam ho- *Amore erga Fratres, cōiuges, Liberos.* Propterea
mines mouen- *Honestate virtutis, Iustitiae, & maxime Liberalitatis.*

Quid in amplificatione seruandum.
Cap. XL I.

I N amplificatione nihil nimis enucleādum est: minuta est enim omnis diligentia: hic autem locus grandia requirit:

*Vnde iudicio est opus, vt videamus quo ge-
nere quoque in caussa utramur augendi.* †

Admi-

In exorna- *Admirationem,*
tione tra- *Expectationem, &* *moueant.*
ctantur lo- *voluptatem,*
ci, qui

† *Vnde,* In delibe- *Bonorum, &* *enumerationes.*
ratione. *Malorum*
Vbi exempla plurimum valent.

Initiūcij, Accusatore, quæ ad iracundiam,
ab Reo, quæ ad miserationē pertinet.
Sed interdum ille ad misericordiā, *hic ad iracundiam mouet.*

*Cur quædam inuentionis præcepta ad caussarum
genera dentur accommodata; & de
dignitate exornationis.*

Cap. 42.

*E t si ex supra dictis locis omnis ad omnem
orationem manat Inuentio:
Tamen facilitatis caufla scorsim præcepta de
singulis generibus dantur.*

*Est latus & spatiōsum, quod non solum ad
homines laudandos, sed etiam animalia, & ani-
ma carentia achi beatur.*

*Nullum est genus hoc vberius ad dicendum,
aut quod utilius ciuitatibus esse possit.*

*Conficitur hoc genus magis ad motus ani-
mi leniter tractandos, quam ad fidem facien-
dam. Proprium enim laudis est res amplificare,
& ornare.*

*Patria, Parētes, si Nobilitatē genus
vitam, Majoribꝫ suis factis.
a Huc pertinent oracula, responsa,
& signa, quæ futuram claritatem
cap. 43. indicarunt.*

††

Exter-

T A B V L A

Inuita a bonis — cap. 44.	Exter- nis, vt sunt	Educatio, Opes, di- uitiae, Potentia, Appinqui, Gratia, &c.	Si	Habuit, bene- vitus sit, non superbe, &c. Nō habuit, pa- tienter tulerit, vel amisit.	
				Forma, quæ præcipue laudat, cum sit virtutis signum.	
				Corpo- ris, vt sunt, Viribus, Valetudi- ne, &c.	
Animi, seu a vir- tute; q. vel est — cap.45.	Virtus cogni- tionis: vt	rum expetendarum, & fugiendarū scieria. Sapientia, q̄ Dia- est rerū diui- narū huma- narūq; scie- nția, cuius co- quen- miteme sunt, Huc pertinet studia oium bonarū artiū. Institia, Religio in- quit datur Deum, cuique Pietas in fatu. cu- parentes, ius par- Fides in re- tes sunt b̄ creditis Fortitu- Lenitas, a- do, quæ micitia. labores, & pericula cū ratione suscipit. Temperatia, quæ li- bidines frenat. Verecundia, quæ est virtutum custos.		sed horū leuior est laus; quæ a virtu- te proficitur. Prudētia, quæ est re- rum expetendarum, & fugiendarū scieria. Sapientia, q̄ Dia- est rerū diui- narū huma- narūq; scie- nția, cuius co- quen- miteme sunt, Huc pertinet studia oium bonarū artiū. Institia, Religio in- quit datur Deum, cuique Pietas in fatu. cu- parentes, ius par- Fides in re- tes sunt b̄ creditis Fortitu- Lenitas, a- do, quæ micitia. labores, & pericula cū ratione suscipit. Temperatia, quæ li- bidines frenat. Verecundia, quæ est virtutum custos.	
				Sumi-	

Lau-
datio-
nis lo-
ci.

L I B R I P R I M I . 10

Sumi- laus a lo- co vir- tutis,	Sic iisque virtuti propria laus a pro- prio officio & munere sumpta, tribua- tur.
cap.47.	Si res gestæ laboriosæ, cum periculo sine spē p̄emij, & aliorum causâ sum- ptæ laudantur.
	Si aduersi casus patienter & sapien- ter tollerati.
	Si suman
	Nouitate magna, tur laudā Magnitudine p̄stantia, da, q̄ sint. Genere ipso singularia:
	Si cum alijs p̄stantibus viris fiat comparatio.
	Genus ipsum mortis, & Quæ mor- Habiti honores,
A tēpo- rē consecu- Decreta virtutis p̄m̄ia, re post vitā con- Res gestæ hominum iudi- sideran- tur, Filiorum institutio, artiū inuentio, & instruta.	

De laude verbium. Cap. X L I X.

Conditoribus, Laudatur vrbes, a	Vetustate, Viris illustribus, & eorum gestis.
	A situ & munitione.

De Deliberatione. Cap. L.

P R A E C E P T A de exhortatione tradita con- ferunt etiam ad sententiam dicendam: quia quæ laudentur, suaderi solent.
In deliberando finis est dignitas, ad quem om- nia referuntur in consilio dando.

T A B V L E

In suadendo, & Quid sit, de quo deliberetur.
dissuadendo tria Qui sunt, qui deliberent.
spectanda sunt. Qui sit, qui suadeat.

Dere, de qua deliberatur. Cap. L I .

Dere, A v t certū est posse fieri: Tempore , &
& tūc potest esse dubium de Modo.
Aut incertum, Etiā si fieri possit, non de-
& tunc solemus bere.
prius ostendere Deinde, non posse fieri.
In suadendo 1 Fieri posse , & facile: quia difficultia sunt per-
inde ac si fieri non possent.
tres sūt 2 Esse honestum.
partes. 3 Esse vtile, vbi etiam magnitudo demonstra-
tur, in qua etiam necessitas appetet.

De his, qui deliberant. Cap. L I I .

† In D i v e r s i sunt deliberantium animi,
sive plures, sive singuli deliberent; quia †
Pluribus multū interēst, an Sénatus,
Singulis, Cato, Populus,
au Cicero. Romani, an Gal-
Sexus, Cesar: iō † li deliberent
Digni- Alterum agreste, quod an-
tas, Duo cū refert vtilitatem hone-
Aetas, fūtati:
Et maxi minum Alterum expolitū, quod
me mo- genera: rebus omnibus dignita-
res. tem anteponit.

De prima parte suadendi. Cap. L I I I .

Hono- M I R A B I L E S sui amores excitaret, si
fias, oculis cerneretur, sed ob vitiatam naturam co-
hortatione est opus.

Hone-

L I B R I - P R I M I . II

Hone- statem apud	Homines honestos facile est per- suadere: at apud	
	Turpes non ita; unde non sunt aperte ob- iturgandi: sed moueri pos- sunt	A laude, & futura Vtilitate Vulgī opinione. Obijciendo merū, quo hoīes leuissimi facile terrerunt.
Interdū q̄rit qd sit hone- stius: sed	Officium, quod scientia & cogni- tione continetur, posponitur,	
	Officio, quo homi- num societas & cōiun ctio cōseruantur: cuius partes sunt, officium	Deum, Patriam, Parentes, Et sic dein- erga.

De Vtilitate. Cap. L I I I I .

Vtilita- tis par- tes pro	Eo, qui sua det, sunt Facile, Magnum ,	
	Iucundum , Sine periculo.	Solet etiā quæ- ri , vtrum vti- lius. †
Eo, q̄ dif- suadet, sūt	Difficile, Paruum ,	
	Iniucundum, Periculosum.	

↑ Cum v- tilitatis species cum ho- nestate	Vtilitatem Commoda pacis, opum, poten- defendit, tiae, & res quarum fructū vili- enumerat, tate metimur.	
	Itē, quæ in cōmoda contrariorū, Maiorū exempla, cum pericu- lo glorioſa,	
certat: Qui	Honestatē Posterioris memorī augebit. tuetur, nu- merabit Vtilitatem ex laude nasci osten- det, & cum dignitate esse con- iunctam.	

†† ; Exer-

T A B V L Æ

Exercitatio defendendi utilitatem contra honestatem est utilis in scholis: quia iniquorum ratio cognoscenda est, ut melius æqua tueamur.

De eo, qui suadet.

Cap. LV.

Suadere, & diffusa	Sapientis, Honsti, & Diversi,	Mente prouidere, q. possit: Expectationē afferūt: sed Clarum genus, videndū est, ne quæ dñr, Aetas, & dignitas ab eo, q. dicit, dissentiat.†	Auctoritatē proba- re, Oratione persuau- dere.
Cuius viri.	Vita illustris, Claram genus, Aetas, & dignitas	Summissiorem quandam modum postulant: Nam, quæ in alijs libertas est, in alijs licentia vocatur.	
† At his contraria		Et quibusdam sufficit auctoritas: quosdam ratio ipsa ægre tuncitur.	

Quædam in deliberatione seruanda. Cap. LVI.

Ad	consilium dādum, caput est, nosse remp.
Ad	dicendum probabiliter oportet noscere mores ciuitatis:
Qui,	quia mutantur, etiam orationis genus mutandum erit.
In Senatu	Sine maiori apparatu dicendum. Sapiens enim est consilium: & alijs dicendi dandus est locus.
Concio.	Vitanda est ingenij ostentatio- nisq; suspicio. Oem { Vim, oto- { Grauitatem, } desiderat- uis. { Varietateq; } Et eius

L I B R I S E C V N D I . 12

Et eius maxima pars ad animorū motus admouenda est.	Aut recentium, quo notiora dum vim ma- { sunt:
ximam habet	Aut veterum, quo plus au- toritatis habent.
exempla,	Quia eorum mutata est ra- tio, & ita minus sunt neces- saria.
De his, quæ iu- { modata sunt, dicijs accom- nihil est dicen- { dum.	Et ex supra dictis locis intel- ligi possunt;
	Et ex ijs, quæ de partibus ora- tionis dicentur.

Finis Tabularum Libri Primi.

T A B V L Æ

Libri Secundi.

De Dispositione. Caput Primum.

Disposi- tio	Si oratori maxime necessaria: non secus ac Ducit exercitus instructio, ne confuse, & perturbare dicat.
	Est autem dispositio, rerum inuentarum distri- butio.

Cuius in infinita quæstione ordo, est fere idem,
†† 4 qui

T A B V L A E

qui expositus est locorum.
In definita adhibenda sunt etiam, quae ad mat-
tum animo- Exordio, in quo sit motus.
rum pertinē: Narratione, & } quae docent
quo sit ut v Cōfirmations } tamur. Peroratione, qua sit motus.

De Exordio. Cap. I.

Es t oratio animum auditoris idonee com-
parans ad reliquam dictiōnem:
Quod tribus maxi- Beneolum,
me rebus siet, scilicet, si Attentum,
auditorem Docilemque fecerimus.
Benevolē audiet, si captabitur benevolentia +
Nostra, Merita,
+ a p- Auditorū, Qd siet, Officia,
sona Aduersario narran Virtutes,
rum. do Et contraria in
Magnis, aduersarios cō
Attrēte, Necessarijs, ferendos.
si de Vtilibus rebus, ēt ipsi auditoribus,
nos esse dicturos promitteremus.
Intelli- De qua re sumus dicturi ostendemus.
genter, Proposuerimus, & breuiter distribue-
ri, rimus,
Definiuerimus.

De generibus causarum. Cap. III.

HONESTVM, quod per se conciliat ani-
mum auditoris:
rum ge- Dubium, vel anceps, in quo opus est bene-
nora pro- uolentia.
quorum ratione Obscurum, quod docilitatem requirit.
Humile, quod attentionem postulat:

Admi-

L I B R I S E C V N D I . 1

varie ex ordien- dum est, sūt quin que:
Admirabile, quod est præter hominum opinione, sub quo etiam turpe continetur, quod insinuationem postulat:
Quæ latenter animum auditoris occupat.
Si causa, vel persona sit turpis, quo rum alterum, alterum iuuabē.
Si animi auditorum aduersorū oratione sint occupati, vel fatigati.
Spe breuitatis,
Si sint Si promittimus aduersariorum argumenta con- defessi, quos re futuros:
creabi- Si urbanitatem oportu- mur, nam adhibebimus.

Cuiusmodi Exordia esse debeant. Cap. IIII.

Bona e- rūt exor dia, si
AccvRATA & acuta,
Instucta sententijs, & apta verbis.
Sint causarum propria:
Sumentur ex ijs causa locis, qui valeant ad
leniter alliciendum & incitandum auditorem,
quo maxime exordia spectant.

De vitijs Exordij. Cap. V.

VVLGARE, quod in plures causas potest accommodari.
Commune, quod etiam in contrariam partem causas potest conuenire.
Exordio rūt viciā sunt se- Commutabile, quod potest ab aduersario leuiter mutatum, ex contraria parte dici.
ptem. Longum, quod pluribus verbis, ultra quam satis est producitur.
Separatum, quod non ex ipsa causa ductum est, nec tanquam membrum est ei annexum.

Transla-

T A B V L E

Translatum, quod aliud conficit, quam cauf-
sa genus postulat.

Contra præcepta, quod nihil eorum efficit,
quorum causa de exordijs præcepta traditur.

De Exordio in genere iudiciali. Cap. V I.

C V R A N D V M est, vt exordia ex visceri-
bus causæ lumenatur.

Laudatio, & conciliatio iudicis ad vtilitatem
causæ coniunguntur.

In hoc genere Allegatur pro honestis, dignitas: pro humili-
bus, iustitia, pro leſis, severitas, pro infeli-
bus, miseria, &c.

Interdum remouetur metus, interdum vero
adhibetur.

Non est ostentanda cura in principio.

In honestis, & paruis, atque frequentibus
causis non adhibetur exordium.

De Exordio in exhortatione, & deliberatione.

Cap. VII.

E X O R D I A sunt maxime libera, & ex re-
vicina, & longe remota duci possunt.

Sæpe nulla, aut brevia esse debent, cum non
supplex, sed hortator veniat orator.

In hoc genere,

Cum prin- cipio vte- tur, pro- ponat	{ Qua mente sit dicturus, Quibus de rebus, Quid velit, Hortetur ad se breviter dicentem audiendum.
---	--

De Narratione. Cap. VIII.

N A R R A T I O est rerum explicatio, & quadam quasi
fides, ac fundementum constituenda fidei. †

Breui-

LIBRI SECUNDI. 14

Conſet simplicibus verbis:
Semel vnaquæque res dicatur:
Reſeſcentur quæ, nec cognitio-
ni, nec vtilitati derrahant.
Breuitas tamen non fit inorna-
ta, & indocta.

Perspicuitate: erit perspi-
cua, si

† Quæ tri-
bus re-
bus, con-
flat:

Probabilita-
te: erit pro-
babilis, si

Cuiuscunque eveniūt causa po-
netur: & testata dici vide-
buntur:
Cum opinione, lege, religione,
erit coniuncta:

Probitas narrantis,
Antiquitas, orationis veritas, &
vitæ fides significabitur.

Per hæc effi-
cietur, vt
auditor

Intelligat,
Meminerit,
Credat.

{ Admiraciones,
Expectaciones,
& suavis; talis erit,
si continebit

Motus animorum,

Colloquia personarum,

Dolores, lætitias, &c.

Sit etiam iucunda,

Experições,

& suauis; talis erit,

si continebit

Admiraciones,

Expectaciones,

Motus animorum,

Colloquia personarum,

Dolores, lætitias, &c.

Quando narratione utendum sit. Cap. IX.

I V D I C T I S non est opus narratione, si
res sit nota, vel aduersarij narravit.

Exhortatione, nulla narratio necessario sequi-
tur exordium: sed aliqua in recensendis factis
potest incidere.

Deliberatione, nulla est narratio, cum nar-
ratio sit

In

T A B V L E

tio sit præteritorum : extrinsecus tamē in deliberatione multa narrari possunt.

Priuata deliberatio certe nunquam narrationem exigit :

In concionibus sāpe illa, quæ ordinem rei docet est necessaria.

De Confirmatione. Cap. X.

Es t in quā firmamenta causē afferuntur, dum quæ contra nos sunt, refellimus, & nostra confirmamus.

Confirmatio & confutatio, natura, tractatio-ne, & vtilitate sunt coniuncta.

Tota spes vincendi, & ratio persuadendi in hac parte est sita, cum in ea nostra confirmemus & contraria soluamus.

Vt quinque commode fieri potest, cum causa constitutio, siue status cognoscitur.

Quid sit Status. Cap. XI.

Es t quæstio, quæ ex prima causarum conflictione nascitur.

Vt si intentio accusatoris sit, coniurasti cum Catilina : depulsio defendantis, non coniurauit, oritur quæstio, an coniurauerit.

Quæ quæstio vocatur constitutio, & status.

Dicitur status, quod ibi sit primus causa con-gressus, vel quod in eo causa sitat.

Quot sint status. Cap. XII.

Cv m tria sint, quæ in omni disputatione queruntur sit nec ne, quid sit, quale sit,

An sit;

LIBRI SECUNDI. 15

An sit: an Clodius insidiatus sit Miloni: vbi opus est conjectura; & ideo conjecturalis dicatur:

Tres ēt fūnsta-tus.

Quid sit aliquid, & quo nomine afficiendū: vt fuerit Cæsar tyrannus, vel Rex: qui dicitur status definitionis.

Quale sit, & dici-tur qualitatis: vbi quæritur de

Vtilitate, Honestate, Aequitate,

Et de contrarijs.

Qualita-tis par-tes sunt dūa.

Absoluta, cum id, quod factum est, nulla ratione extrinsecus petita, recte factum esse demonstratur.

Assumptiva, cum aliquid necessario foris as-sumitur, vt probetur recte factum.

Deratione, firmamento, & iudicatione.

Cap. XIII.

Ratio dicitur ea, quæ assertur a reo de-pellendi criminis causa sine qua, non haberet quid defendere.

Firmamentum, quod assertur contra ad labefactandam rationem: sine quo accusatio stare non potest.

In sta-tibus

Ex utriusque conflictione & concursu oritur quæstio quædam.

Iudicatio est quæstio illa, quæ oritur ex ista conflictione: sic dicta, quod in iudicium veniat.

Ad iudicationē omnis ratio totius orationis conferenda est: ac propterea reperienda est.

In conjectura nulla est disceptatio: quia cum negatur factum, non redditur ratio.

Vnde in causis conjecturalibus, eadem est prima quæstio, & disceptatio extrema.

Quæs,

T A B V L A

Qua, & quot questiones orientur ex scripto, &
quo statu continentur. Cap. X I I I .

<i>Ex scri- pti inter- pretatio ne quat- tor mo- dis ori- tur con- tentione vel</i>	C v m defenditur scriptum nō dicere, quod aduersarius vult: dicitur, am biguum.
	Cum scripto opponitur voluntas scriptoris: discrepantia scripti & voluntatis.
	Cum scripto, contrarium scriptum assertur: scriptura contraria.
	Cum ex eo, quod est scriptum, aliud non scriptum deducitur, quod ratiocinazione fit: dicitur, ratiocinatio.
	Hac quatuor controversiarum genera semper in qualitatis statu cadunt.

Quomodo statu trahuntur. Cap. X V .

IUDICATIONE constituta, eam sibi ob oculos proponat orator.

Quo omnes argumentationes ex locis reperte coniunctantur.

Quos locos, qui habebit in mente defixos, omnia videbit, quæ in re proposita dici possint.

Argumenta ita collocabit, vt firmissima in principio, quæ excellunt in extremo loco, mediocria in medio ponantur: vitiola nullibi.

De Argumentatione. Cap. X V I .

<i>ARGUMENTATIO estar- gumenti explicatio, vel arti- ficiosa expolitio: cuius par- ties sunt</i>	Ratiocinatio,
	Inductio,
	Enthymema,
	Exemplum.
	Quæ conficitur ex locis: si certa aut probabilia sumperferis, quibus efficias, vt quod dubium, aut minus probabile est, probabile videatur.

Pro

L I B R I S E C V N D I .

Primū, quæ sensibus percipiuntur quæ videmus, audimus, &c.

Deinde, quæ communio opinione, & sententia sunt comprobata.

Præterea, quæ legib[us] cœta sunt: quæ iti mores recepta.

Et deniq[ue] id, quod est probatum, cuj aduersarius non contradicit.

Vnum firmissimum; quod fere semper accedit:

Præbatur: vt liberos a parentibus amari.

Alterum velut propensius; cum qui valer in

crastinum peruenturum.

Tertium, tantum non repugnans: vt in do-

mo furtum factum ab eo, qui domi fuit.

De Ratiocinatione. Cap. X V I I .

PROPOSITIONE, per quā locus ponitur, ex quo tota vis ratiocinationis emanat.

Ratiocinatio, quam Græci syllogismū, & Epichorēma vocat, constat;

Propositionis confirmatione,

Aſſumptione, qua, quod ex propositione ad ostendendum pertinet, aſſumitur.

Aſſumptionis approbatione;

Complexione, qua, quod conficitur ex omni argumentatione, breuiter expounitur.

Quot sint partes ratiocinationis. Cap. X V I I I .

P A R V M refert, siue tripartitam, siue quinquepartitam dicas.

Commodior tam est illa partitio, quæ in tres partes distributa est: ita vt propositio, & aſſumptio cum suis probationibus duas faciant partes.

Si proba-

T A B V L E

Si probationes seorsim sumantur, erit quinqūpartita.

Cum propositio, & assumptio sunt nota, conficitur ratiocinatio missis confirmationibus.

Non semper incipiendum est a propositione, sed etiam a complexione, & assumptione, ut vitetur similitudo satiatis mater.

De Enthymemate. Cap. XIX.

Es t imperfectus syllogismus: vel syllogismi pars.

Vnde, si vna ratiocinationis pars auferatur, fieri enthyema: ut, eloquentia est ars, igitur expetenda.

Optimum enthyema illud est, quod fit ex pugnātibus, & quod etiam solum enthyema, quidam per excellentiam vocant.

Vt quem alienum fidum inuenies, si tuis hostiis fueris?

Enthymema, latine commentum, & cōmentatio: quo nomine bipartita significatur argumentatio: sic dicta, quod in animo maneat illa pars praterita.

De Inductione. Cap. XX.

Es t oratio, quæ ex rebus non dubijs captat assensionem auditorum: quæ assensione facit, vt dubia propter similitudinem rerum quibus assenserit, probentur.

Vel est argumentatio, quæ ex pluribus collationibus petuerit, quo vult.

Fit interrogatio: Quod ponum generosissime & responsum, puto, quod optimū:

Et

Enthymema

Inductione

LIBRI SECUNDI. 17

fione oratorij, Et equus: qui velocissimus:

Hic modus argumentandi est dum: deinde id, cuius gratia illa posita sunt:

Ita hominum, non qui claritate nascendi, sed qui virtute maxime excellit, exit generosissimus.

Sed sunt Primum, ut quæ sumuntur eiusmodi sint, ut sit neesse concedi.

genter ca Deinde, id cuius confirmandi tunda. causa fit induc̄io, si ijs, quæ sumuntur simile.

De Exemplo. Cap. XXI.

Es t induc̄io imperfecta: vel induc̄io rhetorica.

In quo, ab uno simili argumētamur ad aliud.

Vt, Milo non est condemnandus quod hominem necauerit, cum nec etiam Horatius condemnatus fuet.

Differt ab enthymemate & ratiocinatione, quia in his semper aliquid vniuersale sumitur, aut concluditur: ab inductione, quia ab una tantum re simili procedit.

Vnde fit, ut sit quartum argumentationis genus.

De Epicheremate. Cap. XXII.

GRÆCi interdum argumentationem vocant Epicherema.

Et nonnunquam eam, quam Cicero ratiocinationem appellat,

††† Aliquan-

T A B V L E

Aliquando vero Epicherema vocatur breuis ratiocinatio, cuius omnes partes in vnam confe runtur: vt si dicas.

Sine causa seruus Dominum accuset? Que argumentatio addendo alias partes, ad ratiocinationem reducitur.

De Sorite. Cap. XXXIII.

M V L T A S argumerationes aceruatim convoluit, & amplectitur; vnde nomen acceptum: latine, acerualis.

Vt, quod est bonum, est expertendum: quod expertendum, approbandum: quod approbandum, laudabile, ergo quod bonum erit laudabile.

In hoc argumento, quod Dialectici a primo ad ultimum vocant, quasi per quosdam gradus, & varias ratiocinationes ad complexionem venitur.

De Dilemmate. Cap. XXXIV.

E s t, in quo vrum concesseris reprehendi tur: vt si implacabiles sunt iracundiae, summa est acerbitas: si autem exorabiles, summa leuitas.

Dicitur dilemma, quod ita vtrinque premat, vt ex altera parte capiat aduersarium: vnde cornutus etiam syllogismus solet vocari: Cic. comprehensionem appellat.

Si verum sit, non potest reprehendi: si falsum, diluitur, aut conuerione, aut alterius partis informatione.

Est itaq; dilema ratiocinatio imperfecta, que ducitur a duabus paribus contrarijs, cui si ad datur assumptio, fiet ratiocinatio perfecta.

De

Sorites

Dilemma,

L I B R I . S E C V N D I. 18

De Confutatione. Cap. XXV.

R E F U T A T I O aliquando sumitur pro tota actione defensoris, aliquando pro ea parte orationis, qua dicta ab aduersario dissoluuntur, quæ proprie reprehensio dicitur.

Est autem reprehensio, qua aduersario diluitur, aut riorum confirmatio, aut infirmatur, aut eleuatur.

Hæc eodem intentionis fonte vteruntur, quo virtutur confirmationis, ijsdem scilicet locis.

Que contra ab aduersario dicendo sumpta esse dubia, vel falsa, probatur, tolluntur. Non effici ex sumptis, quod concluditur, aut

Postea singula soluenda sunt.

Quomodo argumentationes oratoria sint tractanda. Cap. XXVI.

I N oratione interdum sunt ratiocinationes breuiter conclusa, & aperta enthymemata, & inductiones:

Argumētandi ratio. Quod, vt reprehendendum non est, ita cauden dum est, ne syllogismorum & enthymematum turba, sit conferta, & eodem modo semper conclusa oratio.

Adhibetur ergo in argumentando, varietas, & iucunda quedam distincio, & verborum, ac sententiarum exornatio.

De Peroratione. Cap. XXVII.

C v i v s locus proprius est in Peroratio. Amplius Peroratione: sed & alibi adhibetur, vt post iūc confirmatam, vel reprehensam.

††† 2

Omnes

tio, con-
stat.

catione.

Oes affectus hic concitandi sunt: etiam alibi, sed breuius.

Hic omnes eloquentiaz fontes apre-
riendi, vt non solum benevoli audi-
tores se dedant: sed etiam repugnan-
tes trahantur.

Inveniunt ad hoc efficiendum, qua
de amplificatione, lib. i. dicta sunt.

Caput est, vt orator prius in se mo-
tus exciteret.

Valent etiam ad incitandum rerū
absentium imagines, ita representa-
ta, quasi oculis cernantur.

Quæ nonnunquam laudatori, sua-
fori nō sapientia, accusatori sapientia, quam
reto est necessaria.

Cuius duo sunt tempora: alterum
si diffidas memoriaz auditorum: alterum
si frequetatis firmamentis, caus-
sa vim habitura sit maiorem.

Repetitio fiat per capita, ne videa-
tur altera oratio.

Repetantur cum pondere verbo-
rum & sententiarum, ita vt non sit
recta, sed variata repetitio.

In enumeratione vitanda est often-
tatio memoriaz.

Finis Tabularum Libri Secundi.

Enume-
ratione

T A B V L A E

Libri Tertij.

De Elocutione. Caput Primum.

HO c Libro agitur de Elocutione, in qua orator de-
bet excellere.

Vnde ab eloquendo, græce Rhetor, latine, Eloquens, no-
minatur: & eloquendi vis ei soli conceditur.

Eloqui autem, est omnia, quæ mente conceperis prome-
re, atque ad audientes proferre.

Hoc maxime arte docetur: hoc studium & exercitatio-
nem, & imitationem requirit: hoc, maxime orator est ora-
tore præstantior.

Eloquens autem is di- { Probet, quod est necessitas,
citur, qui ita dicit, vt } Delectet, suavitatis,
Flectat, victoriae.

Quæ in Elocutione spectanda sunt. Cap. 12.

<i>In Elocu- tione spe- ctatur, ut dicam- mus,</i>	<i>Latine,</i>	<i>S E D</i>	<i>de ratione puri dilucidiq;</i>
	<i>Plane,</i>	<i>sermonis</i>	<i>non est hic precipiendi lo-</i>
	<i>Ornate,</i>	<i>cus: traditus enim doctrina puerili-</i>	<i>Altera dici postular or-</i>
	<i>& ad id</i>	<i>nate:</i>	<i>Alteram Sit Iucunda;</i>
	<i>qd agi- tur apte,</i>	<i>Harum</i>	<i>In sensu in- bet vim,</i>
	<i>& con- gruēter.</i>	<i>partium</i>	<i>fluat;</i>
			<i>vt oīo</i>
			<i>Plurib⁹ rebus</i>
			<i>sit instructa.</i>

††† 3 De

T A B V L A E

D e O r n a t u . C a p . I I I .

O r a t i o	Ornat gne pri- mum, & quasi co- lore quo- dam, & fusco .	Grauis, Suavis, Erudita, Libera- lis, Admira- bilis, Polita.	Sensu s & do- lores habeat , Q tum opus sit. Quod non est singulorū arti- culorū, sed ī to- to hēc spectan- tur corpore.
	Genus di- cendi eli- gendū est, quod	Maxime teneat eos , qui au- diunt. Quod non solum delectet , Sed etiam sine satietate de- lectet.	
Sed volen- ti ornate dicare,	Sylva rerum primum ac sen- tiarum comparanda est . Rerum enim copia verborū co- piam gignit .		
	Et si est in rebus honestas, ī ver- bis etiam est splendor quidam .		

D e o r n a t u orationis . C a p . I I I I .

Ois oīo	Simpli- citer, vel	vñ or- natus	Singulis verbis, vel	Proprijs & vna cū rebus na- tis , aut nouatis , & quasi factis.
conficit ex verbis: quo rum ratio- vel	Coniun- cte cōsi- deratur.	ē vel in	In cōiun- ctis & cō- tinuatib: vel	

D e verbis simplicibus . C a p . V .

Verba	Cōsonantiora ,	Vt enim syllabæ e literis vt moderatio ,	melius sonantibus clariores quam modestia ,	sunt ; ita verba ex syllabis ,
simpli- cia na-				Gran-

L I B R I T E R T I I . 20

tura, a- lia sunt	Grandiora ; vt optimus, quam bonus .	magis vocalia .
	Nitidiora , vt bos, quā vacca .	Et quo plus quæque spiri- tus habet, eo pulchrior .
Ex simpli- cibus opti- ma credun- tur, quæ	Alia his con- traria .	Et quod facit syllabarum , idem verborum copulatio : vñ vnum alij iunctum me- lius sonet .
		Maxime exclamant, aut sono sunt iucundissima .
Inusita- ta sunt		Et honesta turpib⁹ potiora sūt ; fordidis in oratione erudita non est locus .
		Clara vero & sublimia, materiæ modo, cernenda sunt .
Aut sunt intusitata , aut nouata , ornandam assert,	Quod enim alibi magnificum , tumidum alibi : & humilia circa res magnas, apta sunt circa res minores .	
	Sed hæc aurium iudicio ponde- randa sunt : in quo etiam consue- tudo bene loquendi valer .	
Aut translata .	Verba quæ ora- tor ad orationem	Aut sunt intusitata ,
	ornandam assert,	Aut nouata ,

D e verbis inusitatis . C a p . V I .

V E R B A prisca , & vetusta , & ab vñ inter-
missa .

Quæ sunt poetarum licentia liberiora, quam
oratorum .

Quo ornamento vñice Virgilius vñus est ,
Habet ēt in oratione poeticum verbū digni-
tatem, si raro, & suo loco adhibetur : vt effare ,
lōboles, nuncupari , & alia , quibus grandior &
antiquior oratio videri potest .

†† 4 De ver-

T A B V L E

De verbis nouis. Cap. VII.

Noua verba sunt, quae abeo, qui dicit gaudiū, aut fūt, aut

S I M I L I T U D I N E, vt Syl-laturit, Fimbriaturit, ad similitudinem verbi, proscripturit.
Imitatione: vt, tinnio, rugio, clangor, & similia.
Inflexione: vt, a bibo, bibosus; mi-mographus.

Adiunctione: vt, versuiloquus, ex-pectorare: Græcis magis concessum est, verba fingere, sed tamen aliquan-do audendum est.

Siquid durius finxeris, præmu-nies, dicendo, vt ita dicam; si licet dicere: quodammodo, &c.

De Tropis.

Cap. VIII.

Tropus

Estr verbi, vel sermonis a pro-pria significacione in alienam cū vir-tute mutatio.

Tropi sunt numero 11. In uno verbo, septem, métaphora, synedoche, &c. In oratione quat-tuor. Allegoria, periphrasis, &c.

De Metaphora.

Cap. IX.

Meta-phora

Q uæ latine, translatio, dicitur, sit, cum verbū trans-fertur eloco, in quo propriū est, in eī, vbi non propriū,

Necessitatis causa, cum de-est verbum propriū: vt gem-mare vites: homo durus, & asper.

Aut quia est significantius aut

L I B R I T E R T I I. 21

aut translatū vt, incensus ira, lapsus errore. melius proprio Aut quia decentius & orna-est. Fit ergo, tius: vt lumen orationis, flu-aut

Causa cur delectemur translatiis verbis, cum adiunt propria, est, quod translatio sit similitudo ad unum verbum contracta: similitudine autem mirifice capiuntur animi.

Translatio & similitudo differunt, quod hæc comparat aliquid rei, quam volumus exprime-re: fecit, vt Leo: hæc pro re ipsa ponitur: homo est Leo.

Quotuplex sit translatio. Cap. X.

C v m ab animali ad animal sit translatio: vt si dicas hominem latrare.

Cum inanima pro inanimis sumuntur: vt, con-centu virtutum nihil est suauius.

Cum pro rebus animalibus inanima; vt, duo fulmina belli Scipiades.

Cum animata, pro inanimis: vt accipiens sonitum faxi de vertice pastor.

Sed mira sublimitas in translatione est, cum rebus sensu carētibus, acutum, & animos damus.

Quid gladiis in acie Pharsalica agebat, &c.

Fugienda est dissimilitudo: qualis est in hac: celi ingentes fornices.

Ne a longe simile ducatur: non syrtim patri-monij, sed potius scopulum dixerim: non Charibdim, sed voraginem bonorum.

Ne sit humiliis: vt salsca verraca: nec maior, quam res pecculat: vt tempestas comessationis, nec minor.

Non sit frequens & immodicus usus, qui po-tius obscurat orationem, quam illustret: con-tinus

Meta-phora ē quadru-plex.

Quæ sint in meta-phora a-nimad-uereda.

T A B V L A

tinus, in allegoriam & enigma migrat.

Quod si vereare ne sit durior, mollitur, dicens, ut ita dicam: debet enim translatio esse verecunda; ut precario, non vi uenisse videatur.

Non omnes, quæ poetis conceduntur, etiam oratoribus confessæ sunt: unde orator non dicere, aues pennis remigare, pastorem populi, &c.

De Synedoche. Cap. XI.

Ex parte totum: ex puppi nauis, ensis ex mucrone.

Ex uno plures: Romanus prælio vicit: hostis haber muros.

Ex forma, seu specie genus; Sabellicus suus pro quo quis.

Ex materia res vniuersa: pinu, nauis auro, aurea pecunia: ferro gladius.

Ex toto pars: fontem ignemq; cerebat.

Ex pluribus unus: oratores visi sumus.

Ex genere pars illi subiecta: ut ales, pro Aquila.

Ex antecedentibus consequentia: ut, aratra iugo referunt suspensa iuuenci.

Vt translatio permutandis animis, & variandis ac sub oculis subiecti rebus, inseruit,

Ita Synedoche ad variandum sermonem: sed omnia liberiora poetis, quam oratoribus.

De Metonymia. Cap. XII.

Meton. P e r cauſas effecta: ut dona laboratae Ceteris: Platonem legi, id est eius scripta.

L I B R I T E R T I I. 22

minatio, demon, strat, Ex effectis cauſas: cum scelus, comprehendimus dicimus, pro scelerato: mortem pallidam: timorem mestum.

Ex eo quod continet, id quod continetur: sic moratæ urbes: seculum felix; Roma, pro Romanis.

Ex possessore res possessas: Ardet Vcagemoni, eius domus.

Ex signo, res: toga, pro pace: fasces, pro magistratu. Hanc Rhetores hypallagen vocant.

De Antonomasia. Cap. XIII.

P R O N O M I N A T I O ponit aliquid pro nomine: ut euersor Carthaginis, pro Scipione: Romanæ eloquentiae princeps, pro Cic.

Epitheton, latine, appositorum, non est tropus, quia nihil verit. Necesse est enim, ut id quod est appositorum, si a proprio diuiseris per se significet & faciat antonomasiam, quod non facit epitheton.

Apposito frequentius & liberius vtuntur poetæ, modo conueniat verbo cui apponitur, quam oratores: unde illi dicunt, dentes albi, humida vina: quæ apud oratores redundant.

Quod si epitheton aliquid efficiat, ut in his, o abominandum scelus, o deformem libidinem, non redundat.

Exornatur autem translatis: ut cupiditas effrenata: insanæ substitutiones, & alijs adiunctis tropis: ut turpis egestas, tristis senectus.

Vnde sine appositis nuda & incompta est oratio: sed ne oneretur multis; quia sit longa, & impedita.

De Onomatopeia. Cap. XIII.

O N O M A T O P E I A, est fictio nominis. Apud Gracos inter maximas habetur virtutes: Latinis vis permittitur.

O n o m a t o p e i a. Verum, qui primi sermonem fecerunt multa finixerunt nomina: vt mugitus, sibilus, murmur.

N o m i n e s. At nunc raro, & cum magno iudicio hoc generere est videntur, ne noui verbi affiditas odium pariat.

O r a t o r i u s. Sed si quis commode, & raro vtatur, exornat orationem.

De Catachresi. Cap. XV.

Cata-
c h r e s i , Es t r , qua verbo simili & proprio quo pro certo, & proprio vtrum.

Cata-
c h r e s i , Vt, vires hominis breues, longum consiliū: grauis oratio pro magna: minutus animus, pro parvo. Sic, Prides, cuiuscunq; materię sint:

Cata-
c h r e s i , Abutimur verbis propinquis, nō solū cum res carent nomine, vt cum patricidam, matris interfictorem vocamus; sed etiam cum habent: vt, equum adificant: oculis perlegunt.

Cata-
c h r e s i , Hoc differt abusio a translatione quod sit licentior, & audacior, licet non sit impudens.

De Metalepsi. Cap. XVI.

M e t a-
le p s i d e f t T R A N S V M P T I O, ex alio in aliud ve-
luti viam præstar: post aliquor aristas mirabor
mea regna: per aristas spicas, & per has segetes,
& annos intelligimus.

Tropus rarissimus, & maxime impro prius.

De Al.

De Allegoria. Cap. XVII.

L A T I N E , inuersio, aliud verbis aliud sensu ostendit, ac etiam contrarium: tempus est equum spumantia soluere colla.

Haber vsum frequentem in oratione, sed plerunque apertis permiscetur verbis ita vt non sit perpetua allegoria.

Genus permixtum est frequentissimum.

Illud vero speciosissimum genus orationis, in quo similitudiinis, allegoriae, & translationis gratia permista est.

Cauendum est, vt quo genus cuperis translationis, eodem finas: vnde non incipias ab incendo, & finias tempestate.

Seruit allegoria, etiam in quotidiano sermone frequentissime.

Allegoria, si sit obscura, fit vitium, quod dicitur enigma: quo tamen poetæ interdum, oratores nunquam vtuntur.

De Ironia. Cap. XVIII.

I r o n i a. Q u a m illusionem vocant, non solū aliud sensu, & aliud verbis ostendit, Pronuntiatione, sed etiam contrarium: quæ Aut Persona, cognoscitur, aut Aut rei natura.

De Periphrasi. Cap. XIX.

P e r i -
p h r a s i s E s t r , cum pluribus verbis, id quod uno, vel paucioribus dici potest, explicatur, id est, circuitus loquendi: vt tempus erat quo prima quies mortalibus ægris, incipit, &c.

Apud poetas frequentissimus, & apud oratores

T A B V L E

res non rarus ; sed semper tamen astrictior.
Cui contrarium est vitium, quod perissologia
dicitur : obstat enim quidquid non adiuuat.

De Hyperbato. Cap. XX.

Hyperbaton, H o c e s t { Peruersione : vt mecum, tecum,
transgressio, quibus de rebus : maria om-
quia verborum quia circum : aut
perturbat or- Transficiōne : vt, orationē
dinem : aut in duas diuisam esse partes.

Transficiō, qua rem non reddit obscuram
prodest ad continuationes, de quibus dicitur
postea : in quibus debet oratio numerum quen-
dam poeticum habere.

Poetae etiam verborum divisionem faciunt:
vt septem subiecta trioni : quod, oratio, non
recipit.

De Hyperbole. Cap. XXI.

Hyperbole, Es t r ementiens superieōtio , vel augendo,
vel minuendo : vt, fulminis ocyor alis : vix of-
fibus haeret.

Sed tam in augendo, quam in minuendo ser-
uerur mensura quadam : nam, licet sit ultra fi-
dem, non tamen ultra modum.

De ornatu, qui est in verbis coniunctis.
Cap. XXII.

Cōtinuatio { Collocationem,
verborū duas { Et modū quendā, siue numerum.
res habet. s. { Verbis, & siñjs, de quib. pri⁹ diceat:
Conformat̄ deinde de collocatione : postremo
autem oratio { de modo, & forma, i.e. numeris.

De

L I B R I T E R T I I . 24

De Figuris. Cap. XXIII.

E s t conformatio quædam orationis remo-
ta a communi & primum se offerente ratione.
Differt a tropis, quia fieri potest in proprijs
verbis, quod in tropos non cadit : vt, si verba
própria geminentur.

Coœunt tamen frequentē in eandem senten-
tiam tropus & figura ; vt si duo verba similiter
desinentia essent translata.

De generibus figurarum. Cap. XXIII.

V t omnis oratio versatur in sensu & ver-
bis, ita & figuræ : Vnde duplex est figura : alte-
ra verborum, altera sententiarum.

Verborum exornatio est, que ipsius sermonis
insignita continetur perpolitione.

Inter has duas figuras hoc interest; quod ver-
borum conformatio tollitur, si verba muten-
tur ; sententiarum vero permanet, quibuscumque
verbis utaris. Vt si esset repetitio cum interro-
gatione, sublata repetitione, potest manere in-
terrogatio.

Inter autores parum conuenit de figura-
rum numero, & nominibus, & aliqui aliquas
inter verborum, alij inter sententiarum figu-
ras reiiciunt.

Nos meliorum scriptorum sententiam expli-
cabimus.

Quot modis sunt figuræ. Cap. XXV.

Figuræ verbi A D I E C T I O N E : vt occi-
borum tri di, occidi non Spurium melium :
bus modis ubi, verbum, figurate geminatur.

Petra-

ſiunt, ſcili- Detractione: vt, abijt, excessit,
cer, eruptit, euafit, vbi detrahitur, Et,
Similitudine vocum: vt, cum
gratiæ cauſa nihil facias; omnia
tamen ſunt grata, quæ facis.

De figuris, quæ fiant per adhesionem.

Cap. XXVI.

R E P E T I T I O, cum ab eodem verbo
ducitur ſapius oratio: vt, nihil agis, nihil moli-
ris, nihil cogitas.

Conterio ſuperiori contraria, cum in idem
verbum coniicitur ſapius oratio.

Complexio, quæ duas ſuperiores complecti-
tur: cum in principio & fine eadem verba re-
petuntur.

Cōduplicatio ē ver- Aut enim adiungitur idem: vi-
borum ge- uis, & viuis.
minatio,

quæ inter- Aut idem quod erat in princi-
dum habet pio in extremo etiam ponitur.

Aut continenter idem, non in
eadem ſententia: pene par; non
par, &c.

Aut post aliquā interiectionē.
Poffunt ēt, vel media respon-
dere primis, vel ultimis.

Interim tota ſententia repetit.
Traductio eft eiusdem verbi, crebrius poſti

quædam diſtinctio, quæ non offendit, ſed con-
cinniorem reddit orationem: vt, qui nihil ha-
bet in vita iucundus vita, is cum virtute vi-
tam non potest colere.

Ex eodem genere exornationis eft, cum idem
verbū modo in hac, modo in altera re ponitur:
cur rē ſtudioſe curas; q̄ multas tibi dabit curas

Poly-

Polyptoton, latine, casuum commutatio, cum
idem in multis casibus ponitur:

Fit autem, aut in uno verbo, aut in pluribus:
& per casus intelliguntur etiam verborum tem-
pora:

Vt pleni ſunt omnes libri, plena ſapientum
voces, plena exemplorum vetuſtas. Et in ea-
dem oratione hæc verba, prohibuit, erupit,
asperfit. Vnde caſuum commutatio, non eſt ea-
dem, cum traduſione.

Synonymia eſt, cum verba idem significantia
congregantur. Abijt, excessit, eruptit, euafit.

Interdum etiam orationes eodem ſenſu fa-
cientes aceruantur: perturbatio mentis, offuſa
caligo, &c.

Polyſyndeton, cum oratio coniunctionibus
abundat: vt, rectumq; laremq; , armamq; .

Gradatio, repeterit quæ dicta ſunt, & priuſquā
ad aliud deſcedat in pluribus reficit: vel eft, cū
ſurſum verbi redit: vt, Africano virtutem in-
duſtria, virtus gloriam, gloria æmulos com-
parauit. Rarior eft hæc figura, cum habeat artem
affectataam.

De Figuris verborum, que fiant per detractionem.

Cap. XXVII.

H A E figura nouitatis, breuitatisque cauſa maxime
petuntur.

Synecdoche, cum verbum ſubtractum ſatis ex ceteris
intelligitur: vt, ſermo nullus, ſcilicet, niſi de te.

Diftert ab apoſiopeti, in qua incertum eft, quod tacetur,
aut certe longiore reſcriptione explicatur.

Difſolutio, cum demptis coniunctionibus diſſolute plu-
ra dicuntur, vel in ſingulis verbis, vel ſententijs: vt Gallia
cuius virtuti, fidei, felicitati commendata eft.

† † † Difſolu-

T A B V L A E

Dissolutionis & polysyndetis fons unus est: quia acriora faciunt quæ dicuntur, & vim quæ indam addunt.

Differat ab articulo, qui idem est, quod incisum.

Adiunctionis est, in qua ad unum verbum, plures sententiae referuntur, quarum unaquaque illud deudera ret, si sola poneretur: alias Zeugma dicitur: Quod verbum, vel in principio, vel in fine, vel medio ponitur. Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia.

Disjunctionis est, cum eorum de quibus dicimus, unum quodque certo clauditur verbo: vt, Homerum Colophoniū ciuem esse dicunt suum: Chij suum vendicant: Salaminij repertū.

Sincessiois, quæ duas rēs aduersas colligat: vt, tam deest avaro, quod habet, quam quod non habet.

De figuris verborum tertij generis. Cap. XXVIII.

Tertiā figu- rarum genus, aut	Similibus, Paribus, Contrarijs vocibus in se aures, & animos excitat.
Annominatio, græ cum paululum im- mutata verba, atq; deflexa in oratio- ne ponuntur: que- sit,	Adiectione: emit mortem, im- mortalitatem. Detractione: non exigō, vt im- moriaris, legationi, sed immorare. Commutatione: reprimi, non comprimi. Translatione: homini nauo, an vano.

Hæc figura est leuis, ni sententiarum pondere im-
pleatur.

Similiter cadens est, cum in eadem constructione ver-
borum, duo, aut plura sunt verba, quæ similiter ijsdem
casibus efferuntur, etiam si dissimilia sint, quæ decli-
nantur.

Nec tantum in fine deprehenditur; sed respondent, vel
prima

LIBRI TERTII. 26

prima inter se, vel medijs, vel extremis, quomodo cuncte
accordinentur:

Vt in eadem oratione hæc verba: audendum, audi-
dum: proiectus, paratus: prætor, imperator: audacia, im-
pudentia.

Similiter desinens, est similis duarum sententiarum, vel
plurium finis. i. cum orationis membra, vel articuli simili
exitu terminantur: vt, non modum ad eius salutem ex in-
guendam; sed etiam gloriam per tales viros infringendam.

Hæc differat a superiori, quod ibi possunt esse dissimilia,
quæ declinantur, hic non ita: illa solum in his quæ de-
clinantur, hæc etiam in alijs partibus, vt in adiutorijs.

Compar, græce, isocolon, cū orationis membra constant
fere pari numero syllabarum: extrema hyeme apparuit,
ineunte vere suscepit, media æstate confecit.

Contrapositum, vel contentio, græce, antitheton, cū sin-
gula singulis, vel bina binis opponuntur.

Vt, vicit pudorem libido: timorem audacia, rationem
amentia: non nostri ingenij, vestri auxiliij est.
Nec semper contrapositum subiungitur.

Commutatio, cum duas sententiae inter se discrepantes
ita efferuntur, vt a priore, posteriore contraria priori profi-
ciscatur. Non vredam viuo, sed vt viuam edo:

Correctio, quæ corrigit, quod possum est: verbum: quæ
sit duobus modis: vel enim tollitur verbum, nō ponendo
aliud: vt, cuius, si cuius appellari potest: vel magis idoneum
ponendo; vt omni officio, vel potius pietate.

Correctio vero sententiae, non est huius loci.

Dubitatio est, cū orator querere videtur, vtrum de duo-
bus, aut quid de pluribus, potissimum dicat.

*Quid verborum figura ratione conferant, & quid in eis
cauendum sit.* Cap. XXIX.

Quod parce, & cum res postulat his figuris vñtūr, iu-
cundiorēm facit orationem.

† † † z

Qui

T A B V L E

*Qui immodice & sine iudicio eas adhibet, gratiam va-
rietatis amittit.*

Danda ergo opera est, Aut frequenter.
Nec multe sint supra modum. Aut iuncte,
Nec eiusdem generis. Aut frequenter.

Quod intellige de his, quæ nobiles sunt, atque insignes, non de illis, quæ sunt valde vistatae, & vulgatae, quæ si sint crebriores aures non offendunt.

Ridiculum etiam est, neglecto rerum pondere, & viribus, sententiarum inania verba in hos modos deprauare.

Figuræ enim sunt quasi gestus orationis, & eas sine sententia secessari, est querere habitum sine corpore.

Sciendum est, quid quisq; locus in orando postulet, quid persona, & tempus.

Maior pars harum posita est in delectatione: vbi ergo atrocitate, miseratione pugnandum est, quis ferat contraposita, similiter cadentia, &c. vbi verborum cura degrogat affectibus.

De Figuris sententiarum. Cap. XXX.

S E N T E N T I A R V M Figura est exornatio, quæ non in verbis, sed in ipsis rebus quandam dignitatem, & quidem maiorem habet.

Quo genere, quia excelluit Demosthenes, idcirco oratorum princeps est iudicatus.

Schemata vocant Græci, quæ non tam in verbis pingendis pondus habent, quam in illuminandis sententijs.

Nec aliud est, dicere, quam aliqua specie illuminare sententias.

Interro- { Instandi : quo usque abutere patientia
nostra ?

gatio Figura est, quo-
ties nō sci-
scitādi gra-
Interrogamus etiam, quod negari non
potest.
Aut, vbi respondendi difficilis est ratio-
Quomodo? Qui fieri potest?

Inui -

LIBRI TERTII. 27

Inuidæ & miserationis caussa.
Conuenit etiam indignationi, & admirationi.

Interdum est acrius imperandi genus:
non arma expedient? &c.

Aliquando nosmetipos interrogamus.
Quid agam?

est, cum aliud

Responso est, cum aliud interroganti, ad aliud, quia sic utilius sit, occurritur, aut augendi criminis, gratia, aut declinandi. An fustibus vapulasti? & innocens quidem. An hominem occidisti? respondetur, Latronem.

Subiectio est, cum orator vel interrogat seipsum, & respondet sibi: vel cum alium rogauerit, non expectat resum.

Et domus tibi deerat? at habebas.

Anteoccupatio, vel præsumptio, & prolepsis, cum id, quod obijci posset, occupamus. Præsumptione etiam verborum vis confirmatur: Quiaquam illa non poena, sed prohibito sceleris fuit: ac etiam reprehensione, quam alii correctionem vocant.

Correctio est, quæ tollit sententiam aliquam, & eam alia, quæ magis idonea videtur, emendat, & corrigit.

Dubitatio est, cum quātūm vnde incipendum, vbi definendum, quid potissimum dicendum, an omnino dicendum sit. Quo me vertam nescio.

Communicatio, cum, aut ipsos aduersarios cōsulimus;
Tu deniq; Labiene quid faceres?

**Aut cum iudicibus deliberamus: Nunc ego iudices iam
vos consulō, &c.**

Prosopopœia est personarum ficta inductio: qua & adversariorum & nostros cum alijs sermones, & aliorum inter se credibiliter introducimus.

Quin & mortuos excitare in hoc genere dicendi concessum est.

Vrbes etiam populi vocem accipiunt: In quibus hunc modo mollior sit figura. Etenim si mecum patria ita loqueretur, &c.

三

Formas

Formas quoque singimus s̄epe: vt famæ, virtutis, &c.

Apostrophe, est auersus a iudice sermo: sive aduersarios inuidamus, sive ad inuocationem conuertimur; sive ad inuidiosam implorationem: O leges Porciæ, legesque Semproniiæ.

Hypotyposis, seu descriptio, qua ita res aliqua describitur, ut certi potius, quam audiiri videatur.

Nec solum quæ facta sunt, aut fiant, sed etiam quæ futura sunt, aut fuerint, exprimuntur.

Apoñopœsis, vel præcisio, & interruptio, ostendit affectū veliræ, vel sollicitudinis: Quos ego: sed motos præstat componere fluctus.

Ethopœgia, est imitatio vitæ, vel morum alienorum: ornamentum aptum ad animos conciliandos & permouēdos.

Emphasis, cum ex aliquo dicto aliquid latēs eruitur: vel cum plus significatur, quam dicitur: Iacuitq; per antrum: vade intelligitur corporis magnitudo.

Sustentatio est, qua diu suspeduntur auditorum animi atque aliquid inexpectatum subiungitur: aut ad aliquid leue, & minime criminosum descenditur.

Prætermisso, vel præteritio, cum dicimus nos præterite, vel non scire, vel nolle dicere, quod tunc maxime dicimus: Nunc quærat diminutionem vestigialium, non, &c.

Licentia est, cum orator, aut vereri, aut metuere debet; tamen aliquid pro suo iure dicit; quod minime offendit. Vide quam non reformidem, &c.

Concessio est, cū aliquid ēt iniquum, causę fiducia, vide mur pati, atq; cōcedere: verum esto, eripe hereditatē, p̄pin quis, &c. Sunt qui concessionē dictorum esse velint: Sit fur sit faci: legus, &c. at bonus imperator, & felix. Concessio iuueta Ironiæ magnam vim habet.

I, sequere Italiam ventis pete regna per vndas.

Paræchisis, vel interclusio, declinatio brevis a proposito: At longior digressio, quæ multis pars causę videtur. Inter figuratas quorundam iudicio numeranda non est: sed a Cic. numeratur.

Ironia,

Ironia, quæ a Quint. & Cic. inter sententiarum exhortationes numeratur: differt ab ea, quæ est tropus, qđ hæc sit totius voluntatis fictio. Nouum crimen C. Cæsar, &c. tropus vero, breuior & apertior.

Distributio, cum aliquid in partes plures distribuitur; quarum unicusque ratio deinde sua subiungitur.

Vel est cum in plures res, aut personas certas, negotia quædam dispersiuntur, neque sit illa mentio subiectæ rationis.

Permissio est, cum alicui rei vehementer confidimus, & ostendimus nos eam tradere, ac concedere alicuius voluntati: & cum relinquimus ipsis iudicibus, vel aduersarijs aliquid existimandum; aliqui permissionem factorum, concessionem dictorum esse purant.

Deprecatio, vel obsecratio, cum operam alicuius imploramus. Per dexteram te istam oro.

Optatio, quæ voti alicuius præbet significationem. Vtinam mihi facultatem causâ concederet.

Excretatio, quæ malum alicui præcat: Dij te perdant. Epiphonema, rei narratæ, vel probatæ summâ acclamatio. Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

Exclamatio est, quæ conficit significationem doloris, aut indignationis alicuius per hominis, aut rei cuiuspiam compellationem: O miserum me, &c. O tempora, o mores.

Sunt & illa iucunda, quæ simplicem, & minus preparatā often dūt orationem, & minus suspeccios faciunt. } Ut est, quasi pœnitentia dicti: sed quid ego ita grauem personam introduxi?

Vel cum querere quid nos dicamus singimus: Quid reliquum est: nūquid omisi?

Et cum aliqua veluti ignoramus: sed ea: um rerum artificem, quem?

Et cū deponimus aliquid apud me, moriam auditorum, & postea reposcimus.

T A B V L E

Et hæc de tropis & ornamentis
rum verborū, tum
sentientiarum.

Hæc omnia dāt oratio
ni varios veluti vultus.
Gaudent ergo res varieta-
te, vt oculi vario rerum
aspectu.

De Collocatione. Cap. XXXI.

Colloca (Iunctam orationē
tio erit efficiet, In ea Ordo,
optima, Cohærentem, necesse &
Si Lenē, & æquabili- faria Iunctu-
ter fluentem. ra.

De Ordine. Cap. XXXII.

Nē minora maiori
bus subiçiantur, sed
semper crescat oratio:
vnde non dices sacrile-
gus, & fur.

Est & ordo natura-
lis: vnde potius dices,
diem ac noctem: or-
tū & occasum, quam
contra.

Quædā ordine per-
mutato fiunt superua
canea: vt fratres gemi-
ni, & gemini fratres.

Verbo, sensum clau-
dere, si compositio pa-
tiatur, optimum est:
sed si asperum potius,
decori orationis con-
sulatur,

In ora-

Ordinis Singulis, In quib.
obserua hæc sūt
tio est ī cauēda:
verbis Cōiunctis,

L I B R I T E R T I I . 29

In oratione enim
cum verba nō sint di-
mensa transferri pos-
sunt in locum vbi ma-
gis congruant.

De Iunctura. Cap. XXXIII.

S i verba extrema ita cum consequentibus
iungemus, ne aspere concurrent, ne vastius
diducantur.

Asperum concursum efficiunt consonantes
illæ, quæ sunt asperiores, vt s, & x: ars studio-
rum, rex Xerxes.

Hiulcam reddunt orationem vocalium con-
cursus: vt, si longæ vniantur: viro optimo ob-
temperare: sed minus peccabit, qui longis bre-
ues subiçiet.

Sed in hoc diligentia non sit nimia: nam &c
Plato, & Demosthenes, & Cic. s̄pē in oratio-
ne habent vocalium concursionem.

Nam hiulca nonnunquam decent, faciuntq;
ampliora quædam, & non ingratam negligen-
tiā hominis, magis de te, quam de verbis la-
borantis indicant.

Vnde nimia vocalium concursio est quidem
vitanda; at modica & suo loco posita, non est
reprehendenda.

Videndum est ne syllabæ vltimæ verbi prio-
ris, sint primæ posterioris.

Ne monosyllaba multa continuētur: & iti-
dem brevia verba & nomina: & contra, neque
longa, quæ tarditatem afferunt.

Nec multa similiter cadentia, & desinentia
continuentur: similiter, nec verba verbis, & no-
mina nominibus subiçiantur.

Verbo-

T A B V L E

Verborum iunctura maximam desiderat diligentiam: ita tamen ne fiat operosè: quia efficit infinitus & puerilis labor. Stylus exercitatus efficit facilem iuncturam, & aurium iudicium.

De modo & forma verborum. Cap. XXXIII.

D I C E N D I imperitus, *C*Inane,
qua dicit, spiritu, non arte de-
terminat: *Inconditum,*
Curtum,
Claudicans,
& redundās,
At orator ita illigat senten-
tias verbis, ut nihil dicat.

Hoc oratorio fit numero, qui aptam, & con-
cinnam, & suauem efficit orationem.

* *De origine orationis numerosa. Cap. XXXV.*

P R I N C E P S, dicitur fuisse Thrasymachus,
cuius tamen nimis numerosa fuerunt scripta.

Isoocrates ita rem temperauit, ut multi eum
huius concinnitatis faciant auctorem.

Aristoteles, & Theodectes versum in oratio-
ne vetant esse, numerum req̄unt: de quo Theo-
phrastus accuratius præcepit.

Romani tempore Ciceronis agnouerunt nu-
merum; de quo diligentissime Cicero præcepit.

Cur numerosa oratio invenia. Cap. XXXVI.

A V R E S, aut potius animus aurium iudi-
cio, naturalem quandam in se continent vo-
cum omnium dimensionem.

Vnde breviora, & longiora iudicant: mode-
rata expectant; mutila, & quasi decurrente ac
immo-

L I B R I T E R T I I. 30

immoderatus excurrentia sentiunt, quibus of-
fenduntur.

Cum ergo aliquid fortuito, concluse apteque
diceretur, notari potuit id, quod casu cecidisset:
notatio autem artem parit.

V ergo poetica & versus inuentus est termi-
natione aurium, & obseruatione prudentium,
sic etiam in oratione, licet multo serius nota-
tum est certos esse concursus, conclusionesque
verborum.

De incisis, membris, & periodis. Cap. XXXVII.

I N C I S V M est sensus, non expleto nume-
ro, conclusus: plerisq; pars membris domus ti-
bi deerat: at habebas, &c.

Fuimus incisa etiam singulis verbis; Diximus,
testes dare volumus.

Membrum, est sensus numeris conclusus, sed
a toto corpore abruptus, per se nihil efficiens: &
o collidos homines: o rem excogitatam: o in-
genia meruenda: quem quæso, &c.

Tunc ergo incipit corpus esse, cum venit ex-
trema conclusio: quem quæso nostrum fefel-
lit, &c.

Periodus, Cic. ambitum circuitum, compre-
hensionem, continuationem, & circumscriptio-
nem dicit.

Contemperetur membris omnis paulo lon-
gior circuitus: *C*efim, *M*embratim, & *C*ircumscripe
tamen aliud est *M*embratim, & *C*ircumscripe
dicere.

*C*ircumscrip̄tio est, cum ab inicio ad finem usq;
quasi in orbem inclusa fertur oratio, donec con-
sistat in singulis perfectis, absolutisq; sententijs.

Membratim dicimus, cum in singulis mem-
bris liberior insit oratio.

Incisim

T A B V L A E

Incisim dicimus, cum in singulis incisis insit oratio.

Quomodo in his adhibendus sit numerus, dicitur, si prius de pedibus, quibus numerosa temperatur oratio, dixerimus.

De Pedibus. Cap. XXXVIII.

Pedes duarū syllabarū.	Spondeus — — dicunt, mores. Pyrrhichius v v nouus, tulit.
	Choreos — v semper scribit.
	Iambus v — leguntur, reos.
	Molossus — — — conservant.
Pedes triū syl- labarū.	Trocheus, vel tribrachus v v v facimus.
	Dactylus — v v litora
	Anapestus v v — peragunt.
	Bacchius v — — amores.
	Antibacchius v v — audisse.
Cicer ex alijs pedibus tres tā tum ponit, pēo- nas duos, &	Creticus, vel Amphimacrus — v — possidēt. Amphibrachus — v — v petebat.
	Pēon primus — v v v apicite.
	Pēon vltimus v v v — facilitas.
	Dochimus ex bacchio & iābo. v - - v - dochimum.
	Perhorrescerent.

De numero oratorio. Cap. XXIX.

Quid in ter sit in- ter num- rum ora- torium	N V M E R V M oratorium Græci, Rhyth- mum, poeticum, Metrum, vocant.
	Quod et si vterque pedibus constet: tamen multis modis differunt.
	Rhythmi spatio temporum constant, pedes etiam ordine.

In rhythmo nihil refert sit ne dactylus, an anapestus, cum eodem temporum spatio constent:

L I B R I T E R T I I. 31

Opoe-
sum: &
inter poe-
ma, et o-
rationē.

stent: in versu, unus pes pro alio ponī non pōt.

In versu semper idem est cursus, vt in heroico carmine dactyli & spondei; in oratione nullus est certus numerus: ibi est aliquid certum, hic non ita:

Vnde omnis nec claudicans, nec fluctuans, & equaliter constanterq; ingrediens numerosa habetur oratio: & numerosum putatur, nō quod totum constat e numeris, sed quod ad numeros proxime accedit.

Vnde difficilior est in oratione, quam in ver- su numeri vsus:

In oratione maximum vitium est si versus efficiatur, & diligenter cauendum: quamuis ora- tio numerose cadere debeat.

In qua parte ambitus debeat esse numerus, & qui pedes maxime probentur. Cap. XL.

I N toto verborum ambitu numeri tenendi sunt, non solum in fine, vt quidam putant; licet aures finem maxi- me expectent.

Vnde a principio verborum comprehensio ita fluere debet, vt ad extremum veniens ipsa consistat.

Aristoteles herorum numerum gradiorem iudicat, quem soluta desideret oratio: Iambus vulgari sermoni cōgruit. Trocheus ob breuitatem, dignitatem non habet. Pēona probat, vt orienti, mediq; & cadenti orationi aptissimum. Ita vt oratio non sit humiliſ & abiecta, sed elata, & plena.

Cicer censet omnes pedes in oratione esse permistos: vitium enim esset, si iisdem semper vteremur.

Sed Creticum, Dochimum, Dichoreum, & Pēonas ceteris anteponit: modone Dochimus iteretur.

In heroō vero dactyli, & anapesti & spondei, pede impune progredi licere censer: duos dumtaxat pedes, aut paulo plus, ne in similitudinem versus incidamus.

Sic

Sit igitur temperata & permista numeris oratio, nec tota dissipata, nec tota numerosa: pœone maxime, & reliquis etiam, quos ille non recenset.

In his quæ demissio & humili sermone dicentur, sit Iambus frequens: Pœon in amplioribus: in vitroq; dactylus.

In oratione ergo perpetua ita numeri sunt miscendi, ut non animaduertatur quadrandæ orationis industria.

Quo sit, ut nullus sit pes, qui aliquando in orationem non veniat.

De initio Periodi. Cap. XL I.

C L A V S V L A E diligentius, quam cetera omnia considerandæ sunt: quod in his perfectio, & absolutio iudicetur.

Proximam diligentiam initia postulant: nam & ad hęc intentus est auditor.

Optime hæc nascuntur a proceris numeris, ac liberis, maxime dactylo, & pœone priore, cretico, anapesto, qui par est dactylo, licet ordine contrarius.

Initia verbiū, initij orationum non conueniunt, licet Liuius hexametri exordio cepit.

Dochimus quoquis loco aptus est, modo semel ponatur: quia iteratus, numerum facit apertum.

De fine Periodi. Cap. XL II.

I N extremo circuitu, duo, aut tres pedes sunt fere notandi.

Quos aut choreos, aut spōdeos, aut alternos esse oportebit: vel dichoreos.

Spondeus est in clausulis firmus, & stabilis, quo maxime vñus est Demosthenes.

Pœona alterum cadenti orationi aptissimum esse docuit Arist. quod & Cic. placet: sed aptiorem iudicat creticum.

Qui siue geminerit, siue spondeum precedat, multū decoris habet in clausulis: cui ēt optime iungitur Anapestus.

Est

Est etiam Dochimus stabilis & seuerus in clausulis.

Iambus trocheus, aut etiam dactylus proximus a postremo numeroso concludit, si sit extremitus choreus, aut sponte datus. Sed male concluderent, si quis eorum in extremitate locatus esset, nisi cum pro cretico postremus est dactylus; quia ultima breuis, an longa sit, non refert.

Sunt & aliæ clausulae, quæ numerosæ concludunt, quas obseruauit Quint.

Clausulae versuum non conueniunt orationi: cauendū est etiam ne verbis plurimarum syllabarum, vt amur in fine, quod etiam in carminibus est permolle.

Cum ergo clausulae maxime apparent, variandæ sunt, ne aurium satietate repudientur.

De media Periodo. Cap. XL III.

S I primi & ultimi pedes fuerint modo iam dicto dispositi, medij poterunt latere: modo circuitus non sit breuior, quam aures expectent, aut longior, quam vires patientur.

Cauendum ergo est, ne verba pigra, aut longa sint, aut breuium contextu, sonum pene puerilium crepitaculorum reddant.

In medijs ergo sunt quidam conatus, qui leuiter interfistunt, ut currentium pes, etiam si non moratur, tamen vestigium facit.

Pœonem, dochimum, mediæ orationi aptum esse dixit Cic. in qua parte aliqui creticos, & bacchios laudant.

Si orationem ferri celerius volumus, crebros trochgos & iambos inseramus; si lentius, spondeos: si moderatius, pedibus viemur, qui breuibus & longis temperantur.

De his quæ suapte naturæ sunt numerosa. Cap. XL IV.

Q V A E dicuntur interdum suapte natura numerosa sunt, etiam si nihil factum est de industria.

Vt cum

Vt cum sunt castus in exitu similes, & cum paribus pa-
ria referuntur. Est enim Iudices, hæc, non scripta, sed nata
lex, quam non didicimus, accepimus, legitimus, verum, &c.

Quod fit item referendis contrarijs: in quo Cicero fre-
quens est. Semper enim antitheta necessitate ipsa nume-
rum oratorium faciunt.

Quæ vitia sint vitanda in oratione numerosa.

Cap. XLV.

In primis, ne aperte verba traijcantur, quo inclius,
aut cadat, aut volvatur oratio.

Deinde, ne inanis quædam verba quasi complementa
numerorum includantur.

Terrio, ne minus numeris concidatur, infringaturq;
sententia: sed verba iam probata & electa concinne coag-
mententur: dura enim inter se commissa potiora sunt
inutilibus.

His vitijs declinatis, multa numerose componendi labo-
rem minuunt. Sunt enim multæ figuræ, quibus numeri
possint variari.

Sunt etiam multa quæ idem valent, ex quibus exercitati
illud eligunt, quod comprehensioni maxime quadrat.

De magnitudine ambitus. *Cap. XLVI.*

HABET Periodus membra, minimum, duo; sæpe
etiam tria.

Is ambitus mediocritatem habet, vt ait Cic. qui quattuor
fere membris constat. Nam aures implet, nec breuior est,
quam satis sit, nec longior.

Vult autem, vt e quattuor, quasi hexametrorum ver-
suum instar, quod sit, constet fere plena comprehensio.

Debet periodus sensum concludere: sit etiam aperta,
vt intelligi possit, & non immodica, vt memoria contine-
ri queat.

De nume-

*De numero, qui est in membris: & cuiusmodi ea esse
debeant.* *Cap. XLVII.*

IN oratione circumscripta est verborum comprehen-
sio, donec tandem in clausula consistit.

Cum vero membratim dicimus, in singulis membris ora-
tio insitit: quod in pronuntiando magnopere reficit spum.

Vnde fit, vt oratio, quæ membris carpimus, longior mul-
to esse possit, quam quæ constat circuitu.

Ita, vt aliquando ad 15. & 20. membra excurrat: Cic. pro
Mil. Occidi, occidi non Spurium Melium, &c.

Nihil autem tā debet esse numerosum, quam hoc, quod
minime apparet, & valet quamplurimum.

Spondeum hic Cicero vehementer commendat: nam, li-
cet videatur tardior, habet tamen stabilem, & dignitatis
non expertem gradum.

In incisionibus multo magis, & in membris: paucitatem
enim pedum, grauitatis suæ tarditate, compensat.

*In quo scribendi genere circumscripto, et in quo sit membratim
dicendum.* *Cap. XLVIII.*

IN historia, latidationibus, & toto gñ epidiictico, siue
demonstratio, delectatio, causa cōparato, circūscriptio-
ne vtendum est; vt tanquam in orbe inclusa currat oratio.

Hoc orationis genus, nec totum assumentum, ad cōtentio-
nes & causas veras, nec omnino repudiandum.

Quia & satietatem afferret: & ab imperitis quale sit
etiam cognosceretur.

Detrahit præterea actionis dolorem: aufert humanum
sensum actoris; tollit funditus veritatem & fidem.

Sed qm̄ adhibenda est interdum numerosa oratio: vi-
dendum est quo loco, quandiu retinenda.

Adhibenda est, si quid sit laudandum ornatus, vt fecit
Cic. lib. 2. accus. Aut expōnenda narratio, quæ plus dignita-
tis desiderat, quam doloris.

Est etiam apta procemijs maiorum causarum; vbi solici-
tudine, miseratione, commendatione res eger.

††††† *Sæpe*

Sæpe etiam in amplificanda re, fungitur numeroſe & volubiliter oratio : quod tum valet, cum ab oratore iam obſeffus est is, qui audit : quia iam fauet.

Hec forma perorationes quidē includit ; sed in reliquis partibus retinenda non est diu. Nam cum supradictis locis ea vi fuerimus tota dictio ad incisa & membra transſerenda est.

Incisim autē & membratim tracta oratio, in veris causis plurimum valet, maxime cum arguas, & refellas.

Quaratione paretur facultas apte & copioſe dicendi.

Cap. XLIX.

N V M E R O S E dicendi facultas non est tanti laboris, quanti esse videtur.

Nec enim necesse est ut oratio dimetiendis pedibus, ac perpendendis syllabis conuenientat.

Satis in hoc oratorem formabit multa scribendi exercitatio ; vt ex tempore etiam numeroſe dicat.

Circumscribitur enim mente ſententia, confeſtimq; verba concurrunt, qua mens statim dimittit, ut ſuo quoque loco repondeat.

Nam, si non nulli exercitatione, ex templo versus conficiunt, quāto facilitius oratio ſoluta numeroſa fieri poterit ; cum nihil sit oratione flexibilius ; ut facile ſequatur quocunque ducas : veluti molliflamma cera.

Neminem ergo pedum varietas conturbet, qui ſponte ſeſſe offerent, modo exercitatio adſit : ut patet in arte muſica, &c.

Quantum momenti fit apte dicere. Cap. L.

Q V A N T I momenti fit apte dicere experiri licet ; ſi, aut cōpoſiti oratoris bene iſtructam collocationem diſſoluas, permutatione verborum . Ut ſi periodum aliquam Cic. perueritas :

Aut, ſi alicuius inconditi, arripias diſſipatam aliquam ſententiam, eamq; ordine verborum paullum commutato, in

to, in quadrum redigas :

Verum, composite & apte ſine ſententijs dicere, iſtanſia eſt; ſententioſe autem, ſine verborum ordine, infantia.

Eloquens vero, qui dicēdo, plauſus, admirationes, & clamores mouere debet, ita debet dicere, vt ei turpe fit, quidquam aut ſpectari, aut audiri libertius.

Quare, cum hanc eloquentię partem Aristoteles, Theophrastus, Demofthenes, & Tullius tantū fecerint, eam nobis debemus ſumma industria comparare.

De tribus dicendi generibus. Cap. LI.

<i>Aliud</i> <i>dicēdige</i> <i>nus deſi-</i>	<i>In paruis</i> <i>In modicis,</i> <i>In grauifi-</i>	<i>Nec ſolum variæ cauſſæ va-</i> <i>rium dicendi genus efflagi-</i> <i>tant,</i> <i>Sed etiam eiusdem orationis</i> <i>diuersæ partes.</i>
---	--	---

Vnde quot ſint dicendi genera, & in quibus cauſſis, & orationis paribus adhibenda ſint, dicendum eſt.

<i>Tria ſunt dicē</i> <i>di gna in quib.</i>	<i>Vnum ſubtile, acutum, & tenue.</i> <i>Alterum vehemens, copioſum, & graue.</i> <i>perfectus debet</i> <i>Tertium interiectum, & quaſi tempe-</i> <i>ratum.</i>
---	---

<i>Cū tria ſint ora-</i> <i>tionis of-</i>	<i>Subtile, in probando,</i> <i>Vehemens, in flectendo,</i> <i>Modicum, in delectando verfa-</i> <i>ficia,</i>
---	---

<i>In gene-</i> <i>re ſubtili</i> <i>orationis</i> <i>forma</i>	<i>Dēr eſſe a vinculis numerorū libera & ſoluta:</i> <i>Non tamen vaga, ut ingredi libere, non ut li-</i> <i>centior videatur errare.</i>
--	---

<i>Diligentia eſt coagmētandi verba ptermitte-</i> <i>da eſt, & omnis in ſignis ornatus remouendus.</i>
--

<i>Ponentum tamen acutæ, crebræq; ſententiæ;</i>
--

<i>Ornamenta verborum & ſententiarum, cum</i> <i>tropis verecunde parciq; adhibebantur.</i>
--

<i>Translatioſes poterunt eſſe crebriores, non</i> <i>tamen ita crebrae, ut in genere ampliſſimo.</i>
--

††††† 2 Vberius

T A B V L E

Vberius est aliquanto, & robustius, quam humile, de quo dictum est.

Summissius tamen, quam illud, de quo dicitur, amplissimum.

Hic omnia dicendi ornamēta conueniunt; plurimumq; est in hac oratione suavitatis.

In hoc, verborum cadūt lumina omnia, multa etiam sententiarum.

In hoc genere neuorum vel minimum, suavitatis autem est, vel plurimum.

Vim habet vel maximā: modo enim perfringit, modo irripit in sensus, &c.

Hic orator defūctos excitabit, patriam loquenter faciet, aliquem alloquetur, &c.

Hic amplificationibus extoller orationem, & vi superlationum quoque eriger, & per omnes effectus tractabit.

His tribus generibus ut res exiguntur.

Ne pro causa modo, Sed pro partibus causarum.

Ad causas tenues, ut est causa pro Cecina; summissum genus accommodabit:

Ad graues; qualis est Rabirij, vehemens:

Ad mediocres, ut est causa pro lege Minilia temperatum:

Conciliadū, mediocre;

Docendū, & probandū, subtile, & enucleatum;

Ad mouendū, graue adhiberi debet.

Quæ

L I B R I T E R T I I . 35

Varianz Quæ dicit, quæ audit, cum non eadem sit cuiusque auctoritas, fortuna, & nomen.
est etiam dividendi genus Pro ratione locorum ac temporum.
pro ratione In omnibus ēt rebus vidēdum est, quatenus persona & magis offendit nimium, quam parum.
Vnde fit eloquentia fundamentum, sicuti & aliarum rerum, sapientia.

De Memoria. Cap. LII.

M E M O R I A E inuentor dr̄ Simonides, qui obtrita coniuarii corpora, ex loco, qui quisque esset, discrevit.

Quo facto notatum est, memoriam signatis animo sedibus inuari.

Quod etiam quisque suo experimento credere pōt: quia cum in loca post tempus redimus, reminiscimur eorum, quæ ibi facta sunt.

An memoria sit eloquentia pars. Cap. LIII.

L I C E T memoria sit eloquentiæ cū alijs artibus cōsistat, tamen artificiosa memoria oratoriæ pars existimat.

Nesciretur enim quanta vis eius esset, nisi in hoc lumen orandi vim exrulisset.

Non enim solum rerum, sed ēt verborum ordinē praestat, & propemodū infinita complectitur, ut potins audientia patientia, quam memoriam fides deficiat.

Non immerito igitur thesaurus eloquentiæ dicitur.

De artificio memoria. Cap. LIII.

M E M O R I A E artificium a veteribus traditum, constat

{Locis, & Imaginibus.

Qui volūt hāc ingenij partem excolere, de locis magnis interuersis.

Vt adiūc fere magnarum, aut alterius artificij:

Quæ sunt diligēter animo affigenda, ut

T A B V L E

De imaginibus.

da, vt sine cunctatione occurrant.

Tum quæ fuerint scripta, vel cogitata his locis sunt commēdāda, signis, quæ eorum memoriam excitēt notata.

Loca quæ sumptuēs egregie commoditerq; notare oportebit, vt perpetuo hētere possint.

Quæ fuerint scripta, vel cogitata, locis commēdāda sunt, signis, quæ eorum memoriam excitēt notata.

Imagines dictis locis ordine sunt collocāda.

Cum memoria reperenda fuerit, ab initio loca recensenda sunt, & quod cuique credideris reposendum.

Nam ordo locorum, ordinem rerum conferuat: & res ipsas, imagines notant.

Vtendum est imaginibus aliquid agentibus, & acribus, insiginitis, quæ occurrere & celeriter percūtere animum possint.

Quæ imagines pro rerum varietate subinde mutandas sunt, locis permanentibus.

Quid conferat memoria artificium. Cap. LV.

P R O D E S T memoria artificiosa ad multa rerū nomina auditā per ordinem repetendā, & ad res ordine diuersas complectendas.

At ad singula perpetuæ orationis verba perdiscenda, nihil fere prodest: quia singulorum verborum imagines memoria mandare iūtile est, & infinitum.

Si longior oratio memoria mandanda fuerit, proderit per partes dicere.

Non erit iūtile aliquas apponere notas, quarum recordatio excitet memoriam.

Iuuabit, ijsdem, quibus scriperis chartis, ediscere.

Maxima tamen memoria ars, est exercitatio, & labor.

Quan-

L I B R I T E R T I I. 36

Quantū studio naturāq; valeat memotia, multorū exēplo, vt Themistoclis, Mithridatis, & Cyri constat.

De Pronuntiatione & eius utilitate. Cap. LXI.

V t pronunciario a voce, ita actio, a gestu dicitur.

Quæ vna pars in dicendo dominatur. Sine qua summus orator esse in numero nullo potest: mediocris, hac instructus, summos sēpe superauit.

Vt merito Demosthenes huic parti primas, secundas, & tertias dederit.

Est etiam' actio, quæ si quædam corporis eloquentia.

Est aut̄ in Vocem, quæ duas distri- aures mouet. Per quos duos sensus omnia ad animum penetrat affectu par- Gestum, qui fectus. sin oculos

De Voce. Cap. LXII.

V o c i s mutations totidem sunt, quot animorum, qui maxime voce mouentur.

Vt cunq; ergo orator se affectum videri, & animum audiētis moueri volet, ita certum vocis admouebit sonum.

Iractudia postulat vocis genus acutum, incitatum, crebro incides.

Miseratio & mōtor, flexibile, plenum, interruptum flexible voce.

Metus, demissum, hēcīans, abiectum.

Vis, contentum, vehemens, imminens, quadam incitatione grauitatis.

Voluptas, effusum, lene, tenerū, hilaratum, ac remissum.

Molestia, sine commiseratione, graue quiddam, & uno pressu, ac sono obductum.

Ac quidē vocis bonitas optāda, sed tractatio in nobis est.

Prius ergo orator, variabit, & mutabit, omnēq; sonorū tum intendens, tum remittens, prosequetur gradus.

Nec

T A B V L E

Nec modo in diuersis rebus, sed et in ijsde partibus ijsdemq; affectibus, qualidam non ita magnas vocis mutationes adhibebit. Nam varietas, cum gratia prebet, ac renouat aures, tum dicentem ipsa laboris mutatione reficit.

De Gestu.

Cap. LVII.

V O C E M subsequi debet gestus, & animo, simul cum ea patere.

Gestu sic vtendum est, ut nihil in eo supersit.

Status erit erectus, & celsus.

Rarus incessus, nec ita lōgus: excursio moderata, & rara.

Nulla mollicia cervicum; nullæ argutæ digitorum.

Trunco magis toto se orator moderabitur, & viriliterum flexione.

Brachii porrectione, in contentionibus; contractione, in remissis.

Pedis supplosione in contentionibus, aut incipiendis, aut finiendis.

Sed in ore sunt omnia: in quo, dominatus, est oculorum: quoniam omnis actio est animi, & imago animi vultus est, indices oculi.

Hæc vnica pars corporis, quot animi sunt motus, tot significaciones & commutations potest efficere.

Nō est oris species nimis immutāda: ne, aut ad ineptias, aut ad prauitatem aliquam deferamur.

Oculorum igitur remissione, coniectu, hilaritate motus animorum significabimus apte cū genere ipso orationis.

Est enim actio quasi sermo corporis, quo magis mente congruens esse debet.

Finis Tabularum Libri Tertiij.

Laus Deo Opt. Max. & B. Virginis Annunciatæ.

D E A R T E
D I C E N D I
L I B R I D V O:

*In quorum uno de Rhetoricæ natura &
caussis, in altero vero de partibus
copiose accurateque di-
putatur.*

Auctore Ludouico Carbone a Costaciaro, Academico Parthenio, & Sacrae Theologiæ in Almo Gymnasio Perusino olim publico professore.

C V M P R I V I L E G I O.



VENETIIS, M. D. LXXXIX.

Ex Officina Damiani Zenarij.